UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Basilea Sepulta Retecta Continuata. Hoc est: Tam Urbis quàm Agri Basileensis Monumenta Sepulchralia, Templorum Omnium, Curiae, Academiae, Aliarumque Aedium Publicarum Latinae Et Germanicae ...

**Groß, Johann Georg**

**Basileae, 1661**

Selectissimorum Orbis Monumentorum Appendix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13049**

Visual Library

# SELECTISSIMORUM
# ORBIS
# MONUMENTORUM
# APPENDIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REMEANT QVO PRODIERE
CVPIDEQ. PRIORES
APVD
MAGNIFICENTISS. VNIVERSIT. BASIL.
RECTOREM
D. REMIGIUM FESCHIUM
J. U. D. PANDECT. PROFESS. CELEBERR.
FACVLTAT. IVRIDICÆ SENIOR.
GRAVISS.
D. CHRISTOPHORUM FESCHIUM
J. U. D. HISTORIAR. PROFESS.
EXCELLENTISS. DEXTERR.
D. JOHANNEM SCHÖNAUERUM
GALLICAN. ECCLES. PASTOREM
REVEREND. CLARISS.
LATEBRAS HOSPITIV'MQ. REPETVNT SEQVENTIBVS;
CONTENTA FOLIOLIS.
SVSCIPITE ILLA
PATRONI COLENDISSIMI
SVNT REVERENTIÆ CVLTV'SQVE
PIGNORA
QVA VOS OBSERVANTI PECTORE SVSPICIT,
VENERATVR HVMILIS VESTER
JOHANNES TONJOLA, Cœtûs Ital.
Basil. Minister.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EXOTICA MONUMENTA.

Anno Mundi 1380. SOLONIS Sapientis Græciæ.

*Mors mea non careat fletu, linquamus amicis*
*Mœrorem, ut celebrent funera cum lacrymis.*

---

A. M. 1920. SEMIRAMIDIS.

Quicunque Rex pecuniâ indiguerit, aperto ſepulcro, quantum opus eſt, capiat.

*Apertum autem ſepulcrum à Dario Perſarum Rege, ſed vacuum repertum talem inſcriptionem habebat:* Niſi vir malus eſſes, & pecuniæ deſiderio inexplebili arderes, haud ſanè mortuorum loculos commoviſſes.

---

A. M. 3060. HOMERI Poëtæ.

Ἔνθαδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρα. ante N. C. 911.

---

A. M. 3148. SARDANAPALI.

Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarſum uno die condidit. Tu verò hoſpes: ede, bibe, lude: nam cætera quidem humana ne tanti quidem ſunt.

EIUSD. ex Cicerone.

*Hæc habeo, quæ edi, quæq; exſaturata libido*
*Hauſit: at illa jacent multa & præclara relicta.* ante N.C. 823.

---

A. M. 3241. SENNACHERIBI, Regis Aſſyriorum.

Ἐίς ἐμὲ ὁρέων, ἐυσεβὴς ἴσω. i. e.
Intuens in me aliquis, diſcat eſſe pius. ante N.C. 730.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.M.3442. **CYRI Regis Perſarum.**

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.
Hic ego Cyrus jaceo Rex Regum. ante N.C.529.

*Sepulcrum* CYRI *Perſicis literis ſcriptum Alexander Græcis ſubſcribi juſsit, ſententiam Perſicæ inſcriptionis referentibus.*

Quicunque mortalium ades, atque undecunque veneris, (venturum enim te ſcio) CYRVS ego ſum, qui Perſicum Regnum conſtitui. Ne ergo tantillum mihi telluris invideas, quá corpus meum obtegitur.

*Majorem in modum hæc res Alexandri M. animum perturbavit, incertitudinem & viciſsitudinem reputantis.*

**SPARTANORVM cum LEONIDE Rege cæſorum.**

*Dic hoſpes Spartæ: nos te hic vidiſſe jacentes,*
*Dum Patriæ ſanctis legibus obſequimur.*

Κλεινῆς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φῦντα καλύπτει
A.M. 3380. ἥδε BIANTA πέτρη κόσμον Ἴωσι μέγαν.
*Petra Prienarum tegit hæc benè culta BIANTEM,*
*Ornamentum ingens qui fuerat Ioniis.*

Hic eſt Bias ille, qui captá Patriâ, quum univerſi fugerent rerum pretioſiſſimarum ſarcinulis onuſti, ipſeque interrogaretur, cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret? reſpondit: OMNIA BONA MEA MECVM PORTO.

A.M. 3566. **EVRIPIDIS.**

ΟΥΠΟΤΕ ΣΟΝ ΜΝΗΜΑ ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ
ΩΛΕΤΟ ΠΟΥ.

*Siſte, quid ipſe velim, rogito, cognoſce Viator,*
*EVRIPIDES tragico carmine clarus homo.*
*Hac jaceo: iſtud eram, quod te cognôſſe volebam.*
*Ergo diu felix, chare Viator, abi.*

Periit noctu, ab Archeali canibus, ut fertur, diſcerptus.

A. M. 3650. *Si tibi vis animo, DEMOSTHENES, æqua fuiſſet,*
*Non Macedum ferret Græcia victa jugum.*

Libertatis Græciæ deſenſor erat, & Philippum publicè ut publicæ libertatis inſidiatorem inſectatus gravibus concionibus. Capiendus autem ſimulat ſe ſcripturum domeſticis. Quod dum ipſi permittitur, calamum ori admovit, deinde caput veſte tegens ſe inclinavit, quumque ab ara retraheretur, cecidit, ſpiranſque animam emiſit.

A.M.3721. **ARATI SICIONII. Ducis Achæorum.**

*Gloria ad Herculeas innotuit uſque columnas*
*Inclyta virtutis maxime ARATE tua.*
*Et tibi pro Patria certamina geſta ſalute*
*Factaq; prudenti maxima conſilio.*

*At nos in Patriam te Servatore reducti*
*Cernentes opera ſana lareſq; tua,*
*Hanc ſtatuam gratâ memores tibi mente dicamus*
*Virtutis ſignum juſtitiæq; tuæ,*
*Atque ſalutiferos inter te dive fatemur*
*Inſignem ſuperos emeruiſſe locum.*
*Nam libertatem, genius, legeſq; ſalubres*
*Ociaq; alma, tuus, reſtituit Patriæ.*

A.M.3751. NÆVIUS Poëta antiquiſſimus, ſequens Epigramma à ſe confectum tumulo ſuo inſcribi juſſit.

*Si immortalibus fas foret*
*Mortalem aliquem lugere: Muſæ*
*NAEVIUM nunc lugerent*
*Poëtam. poſt cujus mortem par non erit*
*Romæ, neque ſciatur, neque ultrà curetur*
*Latinum eloquium.*

Gellius ait, hoc Epitaphium eſſe arrogantiæ Campanæ plenum.

A.M.3788. *Poſtquàm morte eſt captus PLAUTUS,*
*Comœdia luget, ſcena eſt deſerta.*
*Deinde riſus, ludusq; jocuiq;, & numeri*
*Innumeri, ſimul omnes collacrymaverunt.*

Varro de eo teſtatur: Muſas ſi Latinè loqui vellent, non alio quàm Plautino ſermone uſuras.

A.M.3787. SCIPIONIS AFRICANI.

*Devicto Hannibale, captâ Carthagine, & aucto*
*Imperio hos cineres marmore tectus habes.*
*Cui non Europe, non obſtitit Africa quondam,*
*Reſpice res hominum, quàm brevis urna premit!*

Indignatus Magiſtratuum acerbitatem Linterni ſepulcro ſuo inſcribi juſſit: INGRATA PATRIA, NE OSSA QUIDEM MEA HABEBIS.

A.M.3789. HANNIBAL Dux Carthaginenſis in arcâ lapideâ poſitus hoc conſecutus eſt Epitaphium:

HANNIBAL HIC SITUS EST.

*Cùm in prælio duos Conſules Romanos viciſſet, & quadraginta millia peditum, & duo millia ſupra ſeptingentos equites cæſa eſſent, tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miſit. Dicitur veneno guſtato periiſſe, ſicq; populum Romanum diuturnâ curâ liberâſſe.*

A.M.3803. ENNIUS Poëta hoc ſibi fecerat.

*Adſpicite ô Cives, ENNII imaginis formam,*
*Hic veſtrûm panxit maxima facta patrum.*

*Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu*
*Faxit. Cur? volito vivus per ora virûm.*

Obiit ex podagra, quam ebrietate contraxerat. Inde Horatius:

*Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma*
*Proſiliit dicenda.* ———

A.M.3812. ÆMILIO PAULO PAPINIANO, Præfecto Prætorio, Iuriſconſulto: qui vixit annos 36. dies 10. menſ.3. Papinianus Hoſtilius, Eugenia Gracilii, turbato ordine, in ſenio, heu, parentes fecerunt filio optimo.

A.M.3924. POMPEJI MAGNI.

*Oſſa Viri magni tenui quàm clauſa ſepulcro!*

In bello civili Romanorum tandem victus fuit à Cæſare, & in fuga in conſpectu Corneliæ conjugis & ſexti filii obtruncatus. Hujus caput cùm poſteà Cæſari offerretur, ingemuiſſe dicitur cum lacrymis & honorificè ſepeliiſſe: percuſſoribus non tantùm non laudatis, ſed è medio quoque ſublatis.

A.M.3929. Monumentum iſtud ſepulcri M. TULLII CICERONIS inventum eſt in Zacyntho inſula Venetorum, Anno M. D. XLIV. Kl. Dec.

M. TULLI CICERO
HAVE
ET TU
TEPTIA ANTΩNIA.

Cùm complevisset annum ætat. 64. proſcriptus trucidatur. Caput & manus amputatæ pro Roſtris affixæ ſunt: cùm priùs Fulvia uxor Antonii (cujus juſſu interfectus eſt) linguam ex capite illius extractam aciculis pupugiſſet. Mortem ipſi prædixit auſpicium. Cùm enim in villa Cajetana eſſet, corvus in conſpectu ejus horologii ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad ipſum tetendit, ac laciniam togæ eò uſque morſu tenuit, donec ſervus ad occidendum eum milites veniſſe nunciaret.

NEAPOLI in S. Maria in aditu Cavernæ montis Pauſilypi videtur in antiqua urna VIRGILII Monumentum.

*Mantua me genuit: Calabri rapuère: tenet nunc*
*Parthenope: cecini, paſcua, rura, duces.*

In candido Marmore ibidem.

*Qui cineres? tumuli hæc veſtigia, conditur olim*
*Ille hoc, qui cecinit paſcua, rura, duces.*

An. Chr. 19. OVIDII.

Fatum neceſſitatis lex.

*Hic ſitus eſt Vates, quem divi Cæſaris ira*
*Auguſti, patriâ cedere juſſit humo.*
*Sæpè miſer voluit patriis occumbere terris.*
*Sed fruſtrà hunc illi fata dedêre locum.*

An. Sal. 19.

*Oſſa tuumq; caput Cives tibi maxime LIVI,*
*Prompto animo hic omnes compoſuêre tibi.*
*Tu famam æternam Romæ Patriæq; dediſti,*
*Hinc oriens illi fortia facta canens.*
*At tibi dat Patria hæc, & ſi majora liceret,*
*Hoc toto ſtares aureus ipſe loco.*

T. LIVIUS quarto Imperii Tiber. Cæſ. anno vitâ exceſſit, ætat. verò ſuæ LXXVI.

*Ibidem.*

OSSA
TI. LIVII PATAVINI
unius omnium mortalium judicio digni,
cujus propè invicto calamo invicti P. R. res geſtæ
conſcriberentur.

---

An. Sal. 19.

M. VALERIVS MAXIMVS SACERDOS
D. S. I. M.
STVD. ASTROLOGIÆ
SIBI ET SEVERIÆ APR. VXORI
H. M. H. N. S.

*Mediolani.*

---

Hieroſolymis, Epitaphium JESU CHRISTI,
Servatoris Mundi, Pio II. Papæ tranſmiſſum,
tale exſtat.

*Vita mori voluit, & in hoc tumulo requievit,*
*Mors, quia victa fuit, noſtram victrix abolevit.*
*Nam quia confregit nigra inferna ille, ſubegit*
*Educendo ſuos, cujus Dux ipſe cohortis,*
*Tartarus inde gemit, & mors lugens ſpoliatur.*

---

A.S.66.

SENECA hoc ſibi compoſuit.

*Cura, labor, meritum, ſumti pro munere honores*
*Ite: alias poſthac ſollicitate animas.*
*Me procul à vobis Deus evocat illicet iſtis*
*Rebus terrenis: hoſpita terra vale;*
*Corpus avara tamen ſolemnibus accipe ſaxis,*
*Namq; animam cælo reddimus, oſſa tibi.*

Hic fuit præcepror Neronis Imp. à diſcipulo iſto ſuo mortem ſibi conſciſcere juſſus atque compulſus. Venas igitur ſibi in brachiis & malleolo aperiri curavit, & ſumto veneno in balneum calidum deſcendit. Vnde ſanguine liberrimè effluente placidâ morte obiit. Anno ætat. 114.

A.S.66. LUCANUS Poëta à Nerone venarum inciſione
trucidandus ut Seneca, hoc ſibi f.

*Corduba me genuit, rapuit Nero: prælia dixi,*
*Quæ geſsêre pares, hinc ſocer, inde gener.*
*Continuo nunquam direxi carmina ductu,*
*Quæ tractim ſerpant, plus mihi comma placet.*

A.S.81. C. PLINII Veronenſis
Hiſtoriar. N. L. omnium memoriam dedit;
nec non T. C. N. M. xxxv. Conſ. xv. Macer....
*In ripa Benaci lacus.*

A.S.245. Divo GORDIANO Imp.
victori Perſarum,
victori Gothorum,
victori Sarmatarum,
depulſori Romanarum ſeditionum,
victori Germanorum:
ſed non victori Philipporum.

A.S.280. Hîc PROBUS Imp. & verè probus ſitus eſt:
victor omnium gentium Barbararum:
victor etiam Tyrannorum.

A.S.385. CLAUDIO CLAUDIANO V.C. Tribuno
& Notarior. inter cæteras ingentes artes
prægloriosiſs.
Poëtarum licèt ad memoriam ſempiternam carmina
ab eodem ſcripta ſufficiant:
attamen teſtimonii gratiâ ob judicii ſui fidem
DD. NN. Arcadius & Honorius
feliciſs. ac doctiſſimi Impp.
Senatu petente ſtatuam
in foro Divi Trajani erigi collocariq́ue juſſerunt.

A.S.602 CONSTANTINÆ AUGUSTÆ,
Uxoris MAURITII Imperatoris, cum tribus filiabus
interfectæ.
*Hic ſita ſum Regum, dolor, heu, miſeranda duorum;*
*Uxor MAURITII, filia TIBERII.*

Quæ

*Quæ partu monſtrante meo, fœcunda, probavi*
*Multorum eſſe etiam poſſe bonum imperium.*
*Militis huc furor, & populi levis ira, maritum,*
*Me, ſobolemq́ meam ſanguinolenta tulit.*
*Heu mihi, quid gemitis Nioben? Ego mortua ſpiro.*
*Aſpera continuis ſaxa rigo lacrymis.*
*Cladibus haud Hecubæ certent Io caſtaq́ noſtris.*
*Nam levior dolor eſt: cæſus uterq́ parens.*
*Sæve, quid infantes perimis vitiiq́ doliq́*
*Ignaros? ætas quid dedit illa mali?*
*Non tibi Roma meis jam præbeo frondibus umbram.*
*Turbine Threicio ſtirpitus interii.*

A.S.780. Anno ætat. CONSTANTINI Imp. X.
regnante matre ejus IRENE, anno Chriſti 780.
erutum fuit muris Thraciæ monumentum
ſaxeum cum hac inſcriptione:

CHRISTUS NASCETUR EX MARIA VIRGINE,
ET EGO CREDO IN EUM.

A.S.814. Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus CAROLI M.
& orthodoxi Imperatoris,
qui Regnum Francorum notabiliter amplificavit,
& per annos 46. feliciter rexit.

A.S.973. OTTONIS MAGNI IMP.

*Tres luctûs cauſæ ſunt hoc ſub marmore clauſæ:*
*REX, decus Eccleſiæ, ſummus honor Patriæ.*

A.S.1039. CONRADI II. Imp.

*Filius hîc, Pater hîc, Avus hîc, Proavus jacet iſtic,*
*Hic Proavi Conjunx, hîc Henrici ſenioris.*

A.S.1065. *Omnibus inſignis virtutum laudibus Heros*
*Sanctus EDVARDVS Confeſſor, Rex venerandus,*
*Quinto die Iani moriens ſuper æthera ſcandit.*

SVRSVM CORDA.

Moritur anno Domini 1065. ſepultus in Weſtmonaſterio Angliæ.

A.S.1137. LOTHARII II. Imp.

*LOTHARIVS ſceptro ceu Carolus alter adepto*
*Exuitur membris (heu) trina luce Decembris.*

A.S.1164.

Hîc jacet
Magiſter PETRUS LOMBARDUS,
Pariſienſis Epiſcopus,
qui compoſuit librum Sententiarum,
gloſſas Pſalmorum, & Epi-
ſtolarum:
cujus obitûs dies eſt XIII. Kal. Auguſti,
mortuus eſt Anno 1164.

A.S.1191. FRIDERICI BARBAROSSÆ Epitaphium
Tyri à filio Friderico erectum.

*Si probitas, ſenſus, numiſmaq; copia cenſus,*
*Nobilitas orta poſſent obſiſtere morti,*
*Non erat extinctus FRIDERICUS, qui jacet intûs.*

In minori Armenia amnem ingreſſus miſerè periiſſe dicitur, tanto omnium cum mœrore, ut vix ulli unquam Principum plus lacrymarum datum ſit.

A.S.1240.

*DE SACROBOSCO qui computiſta IOHANNES*
*Tempora diſcrevit, jacet hîc à tempore raptus.*
*Tempore qui ſequeris, memor eſto, quòd morieris.*
*Si miſer es, plora, miſerans, pro me, precor, ora.* Pariſiis.

A.S.1272.

*Tertius HENRICUS jacet hîc pietatis amicis,*
*Eccleſiam ſtravit iſtam, quam pòſt renovavit,*
*Reddet ei munus qui regnat Trinus & Unus.*

Obiit hîc Rex Angliæ anno Chriſti 1272. cùm regnâſſet annos 56. d.18. in Weſtmon.

A.S.1272. CHRISTO OPT. MAX.

Viator, quiſquis es, ſiſte gradum, & quod ſcriptum eſt, lege; ubi perlegeris, penſita. Hoc is, cujus cauſâ ſcriptum eſt, fieri rogat.

Orto inter Bononienſes & Mutinenſes bello, Cæſar HENRICUS II. Rom. Imp. filium HENTIUM Sardiniæ ac Corſicæ Inſularum Regem Mutinenſibus ſuppetias ferre juſſit, qui inito apud Divi Ambroſii pontem certamine à Bononienſibus capitur, nullâque re, ut dimittatur, impetrat, etſi pater minis, deinde precibus & precio deprecatoribus uteretur, cùm tantum auri pro redimendo filiô polliceretur, quantum ad mœnia Bononiæ circulo aureo cingenda ſufficeret. Sic captus XXII. an. menſ. IX. d. XVI. tenetur, aliturque regio more publicâ Bononienſium impensâ. Sic defunctus magnificentiſſimè ac pientiſſimè funeratus hîc tumulatur.

Præterea ſimulacrum hoc in perpetuum monumentum & hoſti & captivo S.P.Q.B. poſ. Anno Salut. M.CC. LXXII. II. Idus Mart. Hoc volebam, ut ſcires, abi & vale.

Poſitum ære publico, autoribus Ioh. Franciſco Aldrovando, Dictatore, Conſulibusque C······as & Febru. M. CC····· prid. Kale. Mar.···ſto Senatus······ properante.

In

## THOMÆ AQUINATIS.

A.S.1274.

*Hic THOMAE cineres poſiti: cui fata dedêre*
*Ingenium terris vivere, cœlo animam.*

Memoriæ proditum eſt de iſto THOMA, quòd in morbo lethali nullum ſolati-
um ex omnibus ſuis ſcriptis haurire potuerit: ac proinde Biblia afferre juſſerit: quæ deoſcu-
latus dixerit, ſe omnia credere, quæ ibi ſcripta eſſent.

*In Hollandiæ Cœnobio, non procul ab Haga-Comitum.*

A.S.1276.

MARGARITA, Hermanni Comitis Hennebergiæ uxor, quarti
Florentii Comitis Hollandiæ & Zelandiæ filia, Guilhelmi Regis Rom. ac poſtea Cæſaris ſeu
Gubernatoris Imperii atque Alitheiæ Comitis Hannoniæ ſoror, cujus patruus Epiſcopus
Trajectenſis, avunculi autem filius Dux Brabantiæ & Comes Thuringiæ. Hæc autem Il-
luſtriſs. Comitiſſa annos quadraginta duos circiter nata, ipſo die Paraſceves nonam circiter
horam, anno milleſ. ducenteſ. ſeptuageſ. ſexto, trecentos ſexaginta quinque enixa eſt pue-
ros, qui priùs à Guidone ſuffraganeo Trajectenſi omnes in duobus ex ære pelvibus bapti-
zati ſunt; quorum maſculi, quotquot erant, IOHANNES, puellæ autem omnes ELISABE-
THÆ vocatæ ſunt, qui ſimul omnes cum matre uno eodemque die fatis conceſſerunt, atq;
in hoc Lausdenſi templo ſepulti jacent. Quod quidem accidit ob pauperculam quandam
fœminam, quæ ex uno partu gemellos in ulnis geſtabat pueros, quam rem ipſa Comitiſſa
admirata dicebat, id per unum virum fieri non poſſe, ipſamque contumelioſè rejecit. Vn-
de hæc paupercula animo perturbata, mox tantum prolium numerum ac multitudinem ex
uno partu ipſi imprecabatur, quot vel totius anni dies numerarentur; quod quidem præ-
ter naturæ curſum obſtupenda quadam ratione ita factum eſt; ſicut hîc in perpetuam hujus
rei memoriam ex vetuſtis tàm manu ſcriptis quàm typis excuſis Chronicis breviter poſitum
& enarratum eſt. Deus ille Ter Max. hac de re ſuſpiciendus, honorandus ac laudibus ex-
tollendus in ſempiterna ſecula. Amen.

## EDUARDI I. Regis Angliæ.

An. 1307.

*Dum vixit Rex, & voluit ſua magna poteſtas,*
*Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit honeſtas.*

A. S. 1315.

Hoc in ſarcophago non quidem ſpernendo,
HENRICI olim Lucenburgenſis Comitis, & poſt
hæc ſeptimi ejus nominis Rom. Imp.
oſſa continentur,
quæ ſecundo, poſt ejus fatum, anno.
videl. 1315. die verò 25. Sextil.
Piſas tranſlata ſummo cum honore fuêre,
hoc in fano ad hanc uſque diem
collata permanſêre.

*Quicquid facimus, venit ex alto.*

Hic optimus Princeps nunquam elatus fuit proſperitate, nec dejectus adverſitate. teſte
Petrarchâ. A Monacho Iohanne Politiano, pane Euchariſtiæ venerato ſublatus fuit. Quàm



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

primùm autem Imp. illum lethalem eſſe ſenſiſſet, clàm ad Monachum dicebat: *ô Domine, calicem vitæ dediſti mihi in mortem. Itaque fuge citiſſimè, ne à meis prehenſus trucideris. Reſipiſce autem; Deus enim non delectatur morte peccatoris, &c.*

A.S.1321. Ravennæ ad S. FRANCISCUM DANTIS
Aligerii Poëtæ celebratiſs.

*Iura Monarchiæ, ſuperos, Phlegetonta Lacusq;*
*Luſtrando cecini, voluerunt fata quo usq;.*
*Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris,*
*Auctoremq; ſuum petiit felicior aſtris:*
*Hic claudor DANTES patriis extorris ab oris,*
*Quem genuit parvi FLORENTIA mater Amoris.*
Obiit an. ætat. LVI.

A.S.1341. BENEDICTUS PAPA.
qui
de ſede Apoſtolicâ per violentiam amotus,
& pòſt, cùm revocaretur,
obiit Hamburgi, Anno Domini 1341.
5. Non. Jul.
& ſepultus eſt hîc.

A.S.1355. *Frigida FRANCISCI lapis hic tegit oſſa PETRARCHAE;*
*Suſcipe Virgo parens animam, ſate Virgine parce,*
*Feſſaq; jam terris, cæli requieſcat in arce.*

A.S.1355. *Hic eſt BARTOLUS ille, Iuris ingens*
*Lux, & commodus explicator hic eſt:*
*Quem mors arte diem abſtulit maligna.*
*Heu mors invida, & ævo iniqua noſtro,*
*Quæ leges iterum jacere cogis!*

A.S.1363. BLONDO FLAVIO Forlivienſi,
Hiſtorico celebri,
multorum Pontif. Rom. Secretario fideliſſimo,
Blondi V. Patri benè mer.
unanimes poſuère.
Vixit annis L X X I.
Obiit prid. Non. Iun. Anno Sal. Chriſtianæ
M. CCC. LXIII.
Pio Pont. Max. ſibi natisque
favente.

Florentiæ

A.S.1373. Florentiæ ad Mariæ Novell. JOHANNIS BOCCATII.

*Hac ſub mole jacent cineres atque oſſa IOHANNIS;*
*Mens ſedet ante Deum meritis ornata laborum.*
*Mortalis Vitæ genitor BOCCATIVS illi,*
*Patria Certaldum, ſtudium fuit alma Poëſis.*
Obiit Anno Dn. M.CCC.LXXIII. Vixit ann. LXII.

A.S 1397. THOMÆ de WOODSTOCKE Ducis Glocest.

ECCE NUNC IN PULVERE DORMIO.
*Indictâ cauſsâ capite truncatur à Richardo Rege II. ex fratre nepote, Anno 1397. ſepultus in VVeſtmon. Angl.*

A.S.1398.
*Dum fera flamma tuos HIERONYME paſcitur artus,*
*Relligio ſanctas dilaniata comas*
*Flevit, & ô, dixit, crudeles parcite flammæ!*
*Parcite, ſunt iſto viſcera noſtra rogo!*
Annus martyrii.
sInCera taXat CVLtVs VbI VoCe BaaLIs
InterIt, IgnI VoMIs saVanaroLa rogIs.
*De eodem vide Apophthegmata morientium.*

A.S.1400.
*Vita, labor, ſtudii divini cultus, amoris*
*Artes, naturæ fulgentia dicta, legales*
*Normæ, Paſtorum quæ ſunt & cœlica juræ,*
*Ornant BALDI animum qua pandent dogmata claro.*
*Et quia nunc linquit mortalis pondera carnis,*
*Dulcia jam guſtans autoris paſcua ſummi,*
*Clauditur hic BALDVS FRANCISCI tegmine fultus*
*Doctorum princeps Peruſinâ conditus arce.* 20. Apr. in aurora.

A.S.1400..... RICHARDI Regis Ang. & Franc.
*Hic jacet immitis conſumtus morte RICHARDVS.*
Fuiſſe Felicem, miſerrimum.

A.S.1417. Patavii FRANCISCUS ZABARELLA.

D. M. SACR.

FRANCISCO ZABARELLÆ Florentiæ Archiepiſcopo, Viro optumo, Vrbi atque Orbi gratiſſimo, Divini humaniq; juris Interpreti præſtantiſſimo: In Cardinalium collegium, ob ſummam ſapientiam, cooptato, ac eorundem animis Pontifici propè Max. Iohan. XXIII. ejus ſenatu abdicato, ante Martinum V. ob ſingularem probitatem, in Conſtantien. Concilio deſtinato: Iohannes, Iacobi V. Cl. Filius id Monumenti ponendum curavit. Vixit an. 78. Obiit Conſtant. M.CCCC.XVII.

An. 1415. Ante aram ſitus eſt D. MANUEL CHRYSOLORA, miles Conſtantinopolitanus, ex vetuſto genere Romanorum, qui cum Conſtantino Imp. migrarunt, vir doctiſs. prudentiſs. optimus, qui tempore generalis Concilii Conſtantienſis diem obiit, eâ exiſtimatione, ut ab omnibus ſummo ſacerdotio dignus haberetur, die 15. April. Conditus eſt Anno 1415.

---

A.S. 1420. DEO OPT. MAX.

JOAN. FRANCESCO POGGIO
Florentino,
cum virtute ac conſtantiâ,
morum gravitate,
vitâ integerrimè actâ,
paternâ ſuâq; laude
Eloquentiæ ac Literarum,
Juris quoque Civilis ac Pontificii,
divinæque Scripturæ
cumulatâ doctrinâ,
religioſè viventi,
religioſiùs ſupremo die functo,
Vincentius Lucæ Maretinus, Fratris ejus gener,
Parentis apud ſe locum ſemper adſecuto
optimo, merenti poſ.
Vixit annos LXXIX. menſ. III.
Anno Sal. M. CCCC. XX.

*Romæ.*

Hic POGGIUS in epiſtola quadam Conſtantiæ ſcripta 30. Maji Anno 1416. teſtatur de Hieronymo Pragenſi, quòd vultu ſereno mortem adierit: neque etiam flammas horruerit, &c. & ſe eſſe teſtem hujus rei αὐτόπτην, nihilque tale in veteribus hiſtoriis occurrere, &c.

---

A.S. 1422. HENRICI V. Regis Angl.

*Gallorum maſtix jacet hac HENRICUS in urna.*

Domat omnia Virtus.

*Pulcra & virumq; ſuum ſociat tandem KATHERINA.*

Katherina hæc, dicta Valeſia, fuit filia Caroli 6. Francor. Regis. *Anno* 1422.

---

A.S 1424. JOHANNES ZYSCA, nulli Imperatorum Ducúmve rei militaris peritiâ inferior, ſuperbiæ ſimul & avaritiæ Clericorum ſeverus ultor, patriæque acerrimus propugnator, hic jacet.

*Quod Appius Claudius cæcus benè conſulendo, & Marcus Furius Camillus ſtrenue agendo ſuis Romanis præbuere, hoc ipſum Boemis meis præſtiti, fortuna belli nunquam defui, neq; illa mihi. omnem opportunitatem rerum benè gerendarum etiam cæcus prævidi. Signis collatis undecies, ſemper victor depugnavi. Viſus ſum mihi miſerorum & eſurientium juſtiſſimam cauſam adverſus delicatos, pingues & ſaginatos ſacerdotes egregiè egiſſe, & ob hoc Dei auxilium ſenſiſſe. Niſi illorum invidia obſtaret, inter illuſtres viros numerari procul dubio meruiſſem. Tamen oſſa mea hoc ſacrato loco cubant, etiam inſalutato Papâ, invitoq;.*

Diis manib. ſacrum hoc Ioh. Zyſkæ Gregorius Avunc. P.P.

A.S.1443. LEONHARDI ARETINI.

Poſtquam LEONHARDUS è vita migravit,<br>
Hiſtoria luget, Eloquentia muta eſt:<br>
ferturque<br>
Muſas tùm Græcas tùm Latinas lacrymas tenere<br>
non potuiſſe.

A.S.1444. LADISLAI Regis Ungariæ.

*Romulidæ Carras, ego Varnam clade notavi,*<br>
*Diſcite mortales non temerare fidem.*<br>
*Me niſi Pontifices juſſiſſent rumpere fœdus,*<br>
*Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.*

A.S.1458. ALPHONSI Regis Arragoniæ.

*Inclytus ALPHONSUS, qui Regibus ortus Iberis,*<br>
*Hîc regnum Auſoniæ primus adeptus adeſt.*

Dicebat: *Ita demùm matrimonium fore tranquillum, ſi maritus ſurdus fieret, uxor cæca.*

A.S.146... ANTONII PANHORMITÆ, quod in ſupremo morbo compoſuit, tumulo inſcribendum Epitaphium.

*Quærite Pierides alium, qui ploret amores,*<br>
*Quærite qui Regum fortia facta canat.*<br>
*Me pater ille ingens hominum ſator atque redemtor*<br>
*Evocat, & ſedes donat adire pias.*

A.S.1465. LAURENTIO VALLÆ Canonico, Alphonſi Regis & Pontif. Max. Secretario, Apoſtolicoque ſcriptori, qui ſuâ ætate omnes eloquentiâ ſuperavit, Catharina mater filio pientiſſimo poſ. Vixit annos L. Obiit anno 1465 Aug. Cal. *Romæ.*

A.S.1466. BESSARIO Epiſcopus Tuſculanus S.R.E. Cardinalis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, nobili Græciâ ortus, oriundusque ſibi vivus poſ. Anno Sal. 1466. æt.77.

A.S.1467. ANTONIUS BERTRANDUS Barchionis Juris utriuſq; Doctor peritus, de Rege ſuo benè meritus, hoc monumentum fecit ſibi ſuisque. M.CCCC.LXVII. m. Maji, d. XXIV.

A.S.1476. Nancei ad D. Georgium.

CAROLUS hoc buſto Burgundæ gloria gentis
Conditur, Europæ qui fuit antè timor.
Ganda rebellatrix hoc plebs domitore, crematur
Poſt Patriæ leges, perpete preſſa jugo eſt.
Nec minus hunc ſenſit tellus Leodina cruentum
Cùm ferro & flammis urbs populata fuit.
Monte ſub Heritio Francas cum Rege cohortes
In pavidam valido truſerat ante fugam:
Hoſtibus expulſis Eduardum in regna locavit
Anglica, primævo reſtituens ſolio.
Bella ducum, regnumque, & Cæſaris omnia ſpernens,
Totus in effuſo ſanguine lætus erat.
Denique dum ſolitis fidit temerarius armis
Atque Lotharingo cum duce bella movet:
Sanguineam vomuit media inter prælia vitam,
Aureaque hoſtili vellera liquit humo.
Ergo triumphator longæva in ſecla renatus
Palmam de tanto Principe victor habet.
O tibi, qui terras quæſiſti Carole, cœlum
Det Deus, & ſpretas antea pacis opes.
Nunc dic Nanceios cernens ex æthere muros,
A Clemente ferox hoſte recondor ibi,
Diſcite terrenis quid ſit confidere rebus,
Hic totiens victor denique victus adeſt.

*In loco ubi prælium commiſſum fuit, Sacellum eſt, & Cœmiterium, item area tabula in qua viſuntur ſequentes verſus gallici.*

Mil quatre cent ſoixante & ſeize advint
Que Charles Duc de Burgongne ici vint,
Accompaigné de ſoudars & gens d'armes
Cuidant Nanci ſurprendre à force d'armes,
Veille de Roys qu'on depart le gaſteau,
Il fuſt occis en paſſant vn roiſſeau.
E la plus part de ſes hommes de guerre
Furent occis & ſemes ſur la terre,
Puis recueillis par le commandement
Du preux René, qui vertueuſement

Obtint ſur eux glorieuſe victoire,
Dont le corps ſont ci giſant en memoire
De ce conflict. Renée de Bourbon
Noble Princeſſe, ayant vouloir tres-bon
Femme du tres-illuſtre Duc Antoine
Fils de René noble Duc de Loraine,
A fait baſtir ce Cemiterie & croix,
L'an mil cinq cens avecque vingt & trois.
Priés à Dieu, que par ſa ſaincte grace
Au trespaſsés pardon & merci face.

*Ejuſdem*

## CAROLI Ducis Burgundiæ.

A. S. 1476.

Cy giſt treshault tres puiſſant & magnanime Prince Charles Duc de Bourgoigne, de
Lothryck, de Lymbourg, Lyxembourg &c. Malines, lequel eſtant grandement doũe de
force, conſtance & magnanimitè, proſpera long temps en haultes entreprinſes batailles &
victoires tant á Montleheri, en Normandie, en Artois, en Liege que aultre part, juſques à
ce que fortune luy tournant le dos, l' oppreſſa la nuict des Roys 1476. devant Nancy le corps
duquel depoſitè audict Nancy, fuſt deſpuis, par le treshault trespuiſſant & tresvictorieux
Prince Charles empereur des Romains, 5 de ce nom ſon petit neufe heritier de ſon nom,
victoires & Seigneuries, transporté à Bruges, ou le Roy Philipp de Caſtilla, Leon, Aragon,
Navarre &c. fils du dict Empereur Charles le faict mettre en ce tombeau du coſtè de ſa fille
& unique heritiere Marie femme & eſpouſe de treshault & trespuiſſant Prince Maximilian
Archiduc d' Auſtriche, depuis Roy & Empereur des dicts Romains. Prions Dieu pour ſon
ame. Amen.

*Brug. Flandriæ.*

### Das iſt.

Hier liegt der Fürtrefflich / Groſzmächtig und Durchleuchtig Fürſt / CARLE /
Hertzog von Burgund / Lothryckh / Limburg / Lützelburg ꝛc. Mecheln / welcher mit ſtärcke /
beſtändigkeit und dapfferkeit begaabet / ein lange zeit groſz gluck gehebt / in groſſen / fürneh=
men Schlachten und Siegen / ſo wol zu Montleheri in der Normanden / Artois / Lüttich /
alſz an anderen orten / biſz ſo lang ſich das gluck gewendet / und jhn undergetruckt / an der
drey König abend zu nacht im Jahr 1476. vor Nancei / deſſen Leib auch zu Nancei begra=
ben worden / und ſeithero durch den Allergroſzmächtigſten / Durchleuchtigſten und Unü=
berwindlichſten Fürſten Carl Römiſchen Keyſer den fünften diſz Namens / ſeinen Enckel
und Erben ſeines Namens / ſeiner Siegen und Herrſchafften / naher Brugh geführt wor=
den: da der König Philipp auſz Caſtilien / Leon / Aragon / Navarræ / ꝛc. der Sohn gemeld=
tes Keyſers / denſelben in diſz Grab hat legen laſſen / neben ſein Tochter und einzig Erbin:
Gemahel / und Hochzeiterin des Durchleüchtigſten Fürſten Maximiliani / Ertz Hertzogs
zu Oeſterreich / ſeithero König und Keyſer der Römeren. Laſſet uns Gott für ſein Seel
bitten. Amen.

Zu Brugh in Flandern.

Neben Caroli Ducis, &c. Epitaphio war ſeiner Tochter Grabſchrifft /
alſo lautend.

Marie de Bourgoigne Archiducheſſe d'Autriche fille de Charles Duc
de Bourgoigne, & de Iſabeau de Bourbon.

Das iſt /

Maria von Burgund / Ertzhertzogin von Oeſterreich / Hertzog Carle von Burgund Tochter / vnd Eliſabetha von Bourbon.

Bey den Fuͤſſen war geſchrieben.

Sepulchre de tres illuſtre Princeſſe Dame Marie de Bourgoigne, par la grace de Dieu Archiducheſſe d' Auſtriche, Ducheſſe de Bourgne, &c. Malines, trepaſſa en l'eage de 25. ans ſe 27. Mars. l'an 1419. & demeura Philipp. unique heritier de 5. ans, herit. & fille Marguerite 5. ans, 14. mois.

Das iſt:

Begraͤbnuß der Durchleuchtigſten Fuͤrſtin Maria von Burgund / von Gottes Gnad Ertzhertzogin zu Burgund / ꝛc. Maͤchelen / welche geſtorben im 25. Jahr jhres Alters / den 27. Martii im Jahr 1481. vnd hinderlaſſen Philipp einigen Erben / 5. Jaͤhrig / ſampt der Tochter Margarita 5. Jaͤhrig / 14. Monat alt.

A. S. 1481.

Quiſquis es (ſi pius) PLATINAM
Et ſuos ne vexes, anguſtè
Iacent, & ſoli volunt eſſe.

A. S. 1485.

Hic jacet HENRICUS
hujus nominis VII. Angliæ quondam Rex,
Edmundi Richmondiæ Comitis filius,
qui die 22. Aug. Rex creatus ſtatim pòſt Weſt-
monaſterium 30. Octobr. coronatur,
Anno Domini 1485.
moritur deinde 21. April. ætat. anno LIII.
regnavit annos 22. m. 8.
minus uno die.

A. S. 1485.

*Invida clauſerunt hoc marmore fata RODOLPHUM*
*AGRICOLAM, Friſii ſpemq; decusq; ſoli.*
*Scilicet hoc uno meruit Germania laudis,*
*Quiquid habet Latium, Græcia quicquid habet.*

Hermolaus Barbarus Patriarcha Venetus in memoriam
Rod. Agricolæ ſummi viri. ob. Heidelb. An. 1485.

A. S. 1486.

*Hac urnâ TRAPEZUNTII quieſcunt*
*GEORGII oſſa, parum Deis amici,*
*Quòd acri, & nimiùm procaci linguâ*
*Platonem ſuperis parem petivit.*

Anno Sal. 1486. æt. 90. dicitur omnium literarum oblitus eſſe.
Simile legitur de Hermolao Barbaro.

A. S. 1489.

*Pallida VVESSELII ſaxum hoc tegit oſſa Magiſtri,*
*Philoſophos inter qui Leo fortis erat.*

*Illum*

*Illum lingua triplex, Hebræa, Pelaſga, Latina,*
*Inclyta doctorum ſcandere pulpita dedit:*
*Agrippina & Pariſium, duo regna Minervæ,*
*Senſêre ingenii vimq; decusq; ſui:*
*At laus una viro, quia totum ſcibile ſcivit,*
*Et vitio infectis malleus ipſe fuit.*
*Arx Friſiæ cineres, Germania tollit honores;*
*Dic, ferat omnipotens, Lector amice, animam.*
Vocabatur ob eruditionem Lux Mundi.

Germine ſincerus ex Bertoldi generatus
Eſt hîc WALTHERI de BERCHEM ſubtumulatus,
Militiæ Rector, manibus fortiſſimus Hector.
Defenſor juris duriſſimus ut Leo durus.
Pacificus, mitis, ut mos ſolet eſſe peritis.
Audax, formoſus, ſapiens fuit & generoſus.
Pollebat verbo dulci, non corde ſuperbo,
Quem Rex Chriſte bone cœli conjuge coronæ.
*Ad caput:*
Ter Idus ſexto jam quater *L.* quoque texto,
*L.* cum milleno deceſſo fine ſereno. *Antuerp.*

A.S.1490. MATTHIÆ CORVINI Regis Pannoniæ.
*CORVINI brevis hæc urna eſt, quem magna fatentur*
*Facta fuiſſe Deum: fata fuiſſe hominem.*
Apoplexiâ obiit Anno Sal. 1490. 6. April. quo die omnes Leones, qui Budæ detinebantur, interiêre.

A.S.1490. JASON MAYNUS J C. Eques & Comes,
quiſquis ille fuerit, hîc requieſcit.
*Circa An. Sal.* 1490. *Papiæ ad S. Iacob.*

A.S.1494. IOHANNES jacet hic MIRANDULA, cætera nomen
Et Tagus & Ganges, forſan & Antipodes.
*Obiit Ann. Sal. M. CCCC. LXXXXIIII. Vixit annos XXXII. Graviſſimè aliquando in Concilio Lateranenſi invehitur in Leonem X. P. quem exemplo Heli ſacerdotis perterrefecit.* vide Eccleſ. hiſtor. Hedionis p. 3. lib. 12. c. 7.

A.S.1496. Illuſtriſſimus & tàm ſapientiâ quàm honeſtate vir Excelſus Princeps EBERHARDUS, Dei gratiâ, primus Dux Wirtembergenſis & de Teck, Comes Montis Peligardi, fundator hujus Scholæ (*Wirtembergenſ.*) obiit die S. Matthiæ Apoſtoli, Anno Domini 1496.
*Aliis Principibus gloriantibus in divitiis, robore, dicebat hic bonus Princeps rogatus:* Securus in gremio cujuslibet civium meorum dormire poſſum.

A.S.1500. MANILIO MARULLO, patriâ Conſtantinopol. vetuſtiſs. Marullorum genere nato, qui ex D. D. Gordianis Marullis Rom. Imp. originem ducunt, omnibus virtutibus honeſtisque moribus prædito: à Turcis, fortunis ampliſs. ſpoliato, patriâq; ejecto: ſummis Magiſtratibus, legationibus variis, terrâ marique, laboribus, vitâ denique Idib. Novemb. Anconi defuncto, Philippus, Theodorusque filii parenti pientiſs. qui vixit annos LXXXXV. poſ. Anno Sal. M. CCCCC.

A.S.1500. CONSTANTINUS CASTRIOTUS hîc tegitur, ſanguine & cognatione Regum ac Cæſareâ clarus, morum candore inſignis, dignitate Pontifex Eſernienſis: dum probè vivit, intempeſtivè moritur. Adronica Cominata avia paterna, nepoti optimo poſ. M. D. *Neapol.*

*Ejus familiæ fuit Georgius ille Caſtriotus, qui 24. annos Turcicam rabiem à vaſtatione Epiri & Vngariæ arcuerat. In quo tantus fuit dimicandi ardor, ut pugnanti ſanguis è labris eruperit.*

A.S.150... PETRI POMPONATI Mantuani: D. M.

Hîc ſepultus jaceo. Quare? neſcio: nec, ſi ſcis, aut neſcis, curo. Si vales, benè eſt. Vivens valui. Fortaſsè nunc valeo. Si, aut non, dicere nequeo. *Mantuæ.*

A.S.1502. Hîc jacet Regina (ANGLIÆ) ELISABETHA Eduardi IV. quondam Regis filia; Eduardi V. Regis quondam nominati ſoror; Henrici VII. olim Regis conjux, atque Henrici VIII. Regis mater inclyta. Obiit autem ſuum diem in Turri Londoniarum die 2. Feb. Ann. Dn. 1502. 37. annor. ætate functa.

A.S.1502. Tegitur hoc lapide JOACHIMUS CURTIUS JC. patriæ decus, vitæ ſpeculum, pacis amator, præcipuus vitiorum oſor. 1502. 3. Nov.

A.S.1503.

Vivus domum hanc mihi paravi,
Quâ quieſcerem mortuus.
Noli obſecro injuriam mortuo facere,
Quam vivus fecerim nemini.
Sum enim IOHANNES IOVIANVS PONTANVS,
Quem amaverunt bonæ Muſæ,
Suſpexerunt viri probi,
Honeſtarunt Reges, Domini.
Scis jam, qui ſim, aut, qui potiùs fuerim.
Ego verò te hoſpes in tenebris noſcere nequeo.
Sed teipſum ut noſcas, rogo. Vale.

Neapol.

A.S.1504. FRANCISCO SCHENCK à Schenckenſtein, claræ in Germania nobilitatis, & apud Maximilianum Cæſarem ad conſilium, domi foriſque circa graves præfecturas inſigni, in Italiam poſtremò ſub Hiſpano Duce adversùs Gallos Cajetæ obſeſſos, legioni Alemannorum præfecto, ibique vi febris extincto, deducto huc cadavere fratri amantiſſimo pietatem perſolvit, Anno Sal. 1504. Prid. Non. Ian. *Neapol.*

Et vir-

DEO Imm. S.

A.S.1505. Et virtuti ac memoriæ OLYMPIÆ MORATÆ, Ful-
vii Morati Mantuani, viri doctiſs. filiæ, Adami Grunthleri Medici, conjugis lectiſs. feminæ,
cujus ingenium, ac ſingularis utriuſque linguę cognitio: in moribus autem probitas, ſum-
mumque pietatis ſtudium, ſupra communem modum ſemper exiſtimata ſunt. Quod de
ejus vitâ hominum judicium, beata mors ſanctiſſimè ac pacatiſſimè ab ea obita, divino
quoque confirmavit teſtimonio. Obiit mutato ſolo à ſalute D. LV. ſupra milleſimum,
ſuæ ætatis XXIX. hîc cum marito, & Æmilio fratre ſepulta. Guilielmus Raſcalonius M.
D. B. B. M. M. P. P.

A.S.1509. *POLITIANVS in hoc tumulo jacet ANGELVS, unum*
*Qui caput, & linguas, res nova, tres habuit.*
Obiit Anno 1509. Sept. 24. *Florent.*

A.S.1509. Anno M. D. IX.
Vigil. SS. Petri & Pauli Apoſtolorum
extremum emiſit halitum
Nobilis Vir
GEORGIVS à VHORBVRG.
Vivat in ſancta pace.

A.S.1510. Deo Trino & Uni.
Benè valeas, quiſquis es.
IOHANNI GEILERO Cæſaremontano, Theologiæ conſultiſſimo: qui Pe-
ricle eloquentior: Socrate continentior: Numâque religioſior: vitæ ſanctimoniâ & ſacris
concionibus Argentorat. populum an. XXXIII. non ſine magno profectu erudivit: ne-
mini unquam aſſentatus: pauperes affectu patrio fovit: bonos ac doctos mero ſtudio di-
lexit: Argentorat. inclyta Reſpub. æterno decori & monimento poſuit. Vixit ann. LXIV.
menſ. XI. dies XXIV. Obiit totius Alſatiæ lacrymis defletus: ſub Maximiliano Aug. à quo
ob vitæ integritatem plurimùm amatus eſt: Anno Gratiæ M. D. X. ſext. Id Martias. Proh
quàm recti exempli homo! ſed orta cadunt. *Beatus Rhenanus f.*

A.S.1512. Argentorati in Sacello S. Andreæ juxta Horolog.
D. O. M.
Sta Viator
Si rogas quis ſim? Pulvis & Vmbra.
Quis fuerim? IOHANNES
Ex nobili & Generoſa Baronum de BRANDIS familia ortus,
Cum quo vel ejus gentis nomen, &
arma intercidere.
Sacerdos Curienſis Eccleſiæ, Præpoſitus ejuſdem &
Hujuſce Canonicus.
Quo migraverim? quo fata volunt,
tu Paradiſiacam defuncto
expoſce quietem.
Vixi An. LVI. Menſ. IV. D. II.
Obii Anno Salutis humanæ
M. D. XII. D. X. Menſ. Octobr.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1517. In vigilia conceptionis Virginis matris gloriæ, ſpectabilis & egregius vir Dn. ALBERTVS CRANTZ, S. Theol. & Decretorum eximius Doctor, Eccleſiæ Hamburgenſis Canonicus, Lector facundiſſimus, doctiſſimusque, & olim Decanus: morum ac virtutum ſpecimen & exemplar, patriæ decus, feliciter conceſſit in fata: cujus anima cum beatis molliter quieſcat.

*Hic lectis Lutheri propoſitionib. de indulgentiis dixiſſe fertur:* Frater vade in cellam, & dic: Miſerere mei Deus.

*Hamburg.*

A.S.1518. HIERONYMI BVSLIDIANI, Præpoſiti Arienſ. & Conſiliarii Regis Catholici, qui magnis impendiis inſtituit Collegium trilingue.

*Nominis BVSLEIDIANI proximum primò decus*
*Ita ne nos orbas, virenti raptus ævo HIERONYME?*
*Literæ, genus, ſenatus, aula, plebs, Eccleſia,*
*Aut ſuum ſidus requirunt, aut patronum flagitant.*
*Neſcit interire, quisquis vitam honeſtè finit.*
*Fama virtutum perennis vivet usque poſteris.*
*Eruditio trilinguis, triplici facundiâ*
*Te loquetur, cujus opibus reſtituta, refloruit.*

*Lovanii.*

Eraſ. Roterod. p.

A.S.1519. PHILIPPO Catholico Regi Hiſpaniar. &c. D. Imp. Cæſaris Maximiliani Aug. & Mariæ D. Burgundiæ filio. Qui vixit ann. 28. m. 3. d. 11. Ob. Brugis, florentiſs. ætate. magnâ R. P. Chriſtianæ jacturâ: relictis patre & filiis pupillis, Carolo Rege & Ferdinando Principe Hiſpan. &c. An Sal. 1506. 7. Cal. Octob. Ob vitæ ejus felicitatem, fr. Joh. Fabri devotiſs. poſ. Anno Chriſti 1519. *Auguſtæ.*

A.S.1519. MARCI MUSURI, Cardinal.

*MVSVRE ô manſure parùm, properata tuliſti*
*Præmia: namque citò tradita, rapta citò!*

Fuit natione Græcus, ſc. Cretenſis. ſed Latinæ linguæ uſquè ad miraculum doctus, quod vix ulli Græco contigit, *Eraſmus.*

A.S.152.... GALEACIO CARACCIOLO, qui ſub Regibus Arragoneis egregiam ſæpiùs in bello operam navavit: quique in expugnatione Hydruntina adverſus Turcas regiis ſignis præfuit. Vixit annos LVII. Nicolaus Antoni. par. opt. fecit M. D. XX....

Alius fuit Galeacius Caracciolus vice-Marchio in Italia, purioris religionis aſſertor acerrimus & conſtantiſs piè defunctus Genevæ.

CHRI-

A.S.1522. CHRISTOPHORO LONGOLIO, Romanam civitatem propter inſignem in ſtudiis literarum præſtantiam adepto, ſummo ingenio, incredibili induſtriâ, omnibus bonis artibus prædito, ſupra juventæ annos, in qua extinctus eſt, magno cum Italiæ dolore, cui ingentem ſpem ſui nominis excitârat, P. Bembus amico & hoſpiti poſuit.

*Patavia extat.* 1522.

---

A.S.1522.

Anno Chr. M. D. I.
ſibi & poſteritati Capnioniæ
IOHANNES REVCHLINVS
Phorcenſis S.
An. M. D. XXII. menſ. Iun. d. XXX.

*Stutgard.*

*Primus ferè hic fuit, qui literas Hebraicas & Græcas in Germaniam importavit. Idem, autor eſt Epiſtolarum obſcurorum Virorum, quæ admirabili facetiarum lepore conditæ, ſtylum Monachorum ineptiſſimum exprimunt.*

---

ULRICUS HUTTENUS
Eques & Poëta
in inſula lacûs Tigurini Vffnort dictâ
ex morbo Gallico,
quem thermis Pfefferſianis pellere conabatur,
in reditu mortuus
Epitaphio tali ornatur à Profeſſoribus
Tigurinis,
procurante id nobili Franco.

*Hic Eques auratus jacet, oratorq; diſertus,*
*HVTTENVS Vates carmine & enſe potens.*

---

A.S.1524.

D. O. M.

Conditus exiguo jacet hîc marmore PETRVS,
Nobile cui nomen clara MOSELLA dedit.
Attica quo primùm hîc audita interprete lingua,
Cùm docuit Grajo Teutonas ore loqui.
Et Latiæ veterem linguæ revocavit honorem,
Nativumque illi reddidit arte decus.
Cujus & eloquium, vivo Cicerone, probâſſet
In medio quondam Roma diſerta foro.
Magna etiam coluit pietate oracula CHRISTI,
Et ſanctis ſtudiis conſona vita fuit.
Ipſe ſua vivens, quod ſpe votisque petebat,
In gremio ut vivat, da, bone CHRISTE, tuo.

*Iul. Pflug. præceptori chariſſ. f. c.*

Lapi-

Lapidi inciſus eſt hic Verſus:

*Μικρὸς ἔςιν ῥώμην ἔτος, γνώμην δέ μέγιςος.*

Obiit anno æt. 31. Sal. 1524.

---

A.S.1525.

D. O. M.

IACOBVS FVGGER Auguſtanus, omnium ſui ordinis ac nationis ornamentum, Maximil. & Caroli V. Impp. à Conſilio, divitiarum inuſitatarum partu, liberalitate in omnes, vitæ integritate, animi magnitudine nulli ſecundus: cùm nemini conferendus vivens fuerit; poſt obitum inter mortales referendus erat.

*Vixit annos* 67. *m.* 2. *obiit anno* 1525.

---

A.S.1525.

Quicunque huc properas, Viator,
ſiſte,
exiguam morulam poſcimus;
Tua ne magis cauſa, an noſtra,
ubi hæc cognoveris,
cenſeto.
MARTINVM DORPIVM Batavum
mors Superûm miniſtra
mortalib. eripuit,
immortalibus reddidit.
Sic vixit, ut terra eſſet eo indigna:
ſic mortuus eſt, ut cœlum videretur illum terris
invidere.
Animam tulit DEUS,
carnem morbus,
oſſa nob. ad ſolatium relicta.
Amicis talem mortem precamur,
inimicis talem vitam.
In rem tuam maturè nunc propera.
Vale & vive.
Obiit anno M. D. XXV. prid. Cal. Jun.

*Ioh. Ludovicus Vives poſ.*

Fuit ille ſingularis amicus Eraſmi, qui de eo teſtatur, non perinde, ut alios, deteſtatum eſſe, ſi quid Lutheri dogmatibus eſſet affine.

---

A.S.1528.

M. BEATIS S.

Memoriæ ALBERTI DVRERI, viri optimi, ac ætate ſuâ pictoris abſolutiſſimi, qui non ſolùm primus è Germanis picturam auxit, illuſtravit, ac ad ſeveriorem legem reſtrinxit: ſed & literis Poſteritati commendare cœpit. Ob quam rem, præcipuè mores com-

poſitos,

poſitos, prudentiam ac modeſtiam ſingularem, Norimbergenſibus ſuis, imò exteris omnibus fuit chariſſimus, Divo vero Maximiliano ac nepoti ejus Carolo, Cæſaribus, nec non Ferdinando Hungariæ ac Bohemiæ Regi, acceptiſſimus, qui illum annuo largoque ſtipendio foverunt, ac ſummo proſecuti ſunt favore. Obiit autem non ſine magno amicorum deſiderio, 8. Idus April. anno 1528. ætat. 57.

*Bilibaldus Pirckaimerus amico integerrimo m. p.*

Dicitur ſtetiſſe à partibus Oecolampadii de Cœna Dom. cui reſiſtebat Bilibaldus Pirckaim. ut diceret ad Durerum: *Mi durere, iſta non poſſunt ita pingi.* Reſpondit Durerus: *Nec etiam poſſunt fingi.*

A.S.1527.

Anno M. D. XXVII.
die 16. Martii,
tumultuatâ GERMANIA,
novo creſcente ſeculo,
cœlum petit,
CHRISTOPHORUS ex UTENHEIM,
Epiſcopus Baſilienſis ſincerus,
doctus & pius
obiit,
ſepultus Telamontii.

*Hic eſt Chriſtophorus ille, qui feneſtræ in Cœnobio ad Lapides pium hocce monoſt. inſcribi curavit, quòd etiamnum hodiè videri datur,*

Spes mea crux Chriſti: gratiam, non opera, quæro.

*Vide Inſcriptiones Baſil. ſuper.*

Memoriæ Defunct. S.

A.S.1528.

GEORGIO FRONSBERGO Imp. decretis Germani exercitûs Duci, qui per Tirolim defectionem Colonorum compreſſit: per Liguriam & regionem Tranſpadanam Italiæ urbes populos rebelles perdomuit: ad paludes Venetas & turrim uſque Mergeram victor acceſſit: ferro, igni urbem terruit: ſocias civitates oppugnatas, exercitumque ad loca iniqua delapſum, ex hoſte confertiſs. obſidione quartùm & quintùm liberavit. Vicies plùs minùs, ſignis collatis pugnavit: fortitudine, celeritate, animo conſilioque rebus inclinatis preſentiſſimum & invictum præſtitit, poſt ingentia facta vitâ perfuncto, Patri opt. Gaſperius F. pientiſs. gemens illacrymansque Mon. more Majorum religioſè p. Ann. Chriſt. 1528. m. Auguſt. 20. obiit diem. Vixit Ann. 54. *Tridenti extat.*

A.S.1528. JACOBO VVIMPHELINGO Sletſtadienſi, viro clariſs. & unico puerilis inſtitutionis ac profectus circa literas amatori, exhortatori, patrono. Cujus rei argumentum nobis exhibent, non ſolùm editus liber Adoleſcentiæ nomine & quem *ἴσοδον* inſcripſit, ac elegantiarum linguæ Lat. compendium, præter libellos hoc genus alios: verùm etiam ipſæ ſcholæ eruditis hominibus hujus conſilio paſſim commiſſæ. Qui quàm capitaliter luxum, avaritiam, & ambitionem oderit, frugaliſſimè acta vita docet, & ſplendida fortuna ſæpè contemta; parvo ſemper contentus animus: ſed & adverſus illa



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitia graves libelli, & ad oppoſitas virtutes inflamantia ſcripta, apud poſteros quoque teſtabuntur. Religionis Chriſtianæ pius cultor, quem Theologum & Presbyterum inprimis decebat, bonos viros etiam in cœnobiis degentes familiariter dilexit. Apud Spiram Nemetum in Regio iſto Templo aliquot annis muneris concionatoris functus eſt. Primus ſanè inter cives ſuos, qui carmine & oratione proſa atq; editorum voluminum numero in omni penè ſcripti genere apud eruditos laudem meruerit. Nam Hugonis veteris Theologi, præter commentarios rerum ſacrarum, & alterius Iohannis præter Ethicorum Ariſtotelicorum expoſitionem nihil hodiè exſtat. Iacobus Spigelius Iureconſultus & Iohannes Majus fratres, Regii Secretarii Avunculo b. m. ſtatuerunt. Vixit annos LXXVIII. m. 3. d. 21. Obiit Anno 1528. 15. Cal. Decemb. Magdalenam matrem fœminam planè Chriſtianæ patientiæ, quam difficili morbo oppreſſa non modico tempore præſtitit, eodem ſepulcro (id quod viva optaverat, ob amorem fratris) iidem filii paulòpoſt collocaverunt.

*Beatus Rhenanus f.*

*D. Caſpar Hedio de eo teſtatur, quòd inter ſcripta Ioh. Geileri repererit precatiunculam manu propria Iacobi VVimphelingii ſcriptam iſtam:* Eſto Ieſus propitius mihi licèt impio, Reip. tamen Chriſtianorum concordiæ, S. literarum, & probæ puerorum inſtitutionis amatori.

---

A.S. 1529. PAULUS ÆMILIUS Veronenſis, hujus Eccleſiæ (B. VIRGINIS) Canonicus, qui præter eximiam vitæ ſanctitatem, quantâ quoque doctrinâ præſtiterit, index atque teſtis eſt hiſtoria de rebus geſtis Francorum, poſteris ab eodem præſtita. Obiit Anno Domini 1529. d. 5. m. Iul.

---

A.S. 1530. Neapoli Superbiſs. ACTII SANAZARII Poëtæ

Monumentum.

Da ſacro cineri flores, hic ille MARONI
Syncerus Muſa proximus ut tumulo.
Vix an. LXXII. M. I. D. XXIX. Obiit an. M. D. XXX.

---

A.S. 1530. BILIBALDO PIRCKHEIMERO, Patritio ac Senatori Norimbergenſi, Divorum Maximil. & Caroli V. Aug. Conſiliario, viro utrique in præclaris rebus obeundis prudentiſs. Græcè juxtà ac Latinè doctiſs. cognati, tanquam ſtirpis Pirckeimeræ ultimo, dolenter hoc ſ. p. Vixit annos LX. d. 16. Obiit die 22. m. Decemb. Anno Chriſtianæ Salutis M. D. XXX.

*Virtus interire neſcit.*

---

A.S. 1531.

Heus, heus, adeſſe te cupit
Rogatque ſaxum, ut hoc legas:
Matheſis ecce principem
Dedit, tulitque Suevia,
Vel illa Martia: hoc decus
Sed abſtulit nimis fera hîc
Premitque Parca: cubant,
Vt cernis, oſſa STÖFLERI.
Precare, quisquis hac abis.

*Obiit An. Sal.* 1531. 16. *Feb. æt.* 80. Tubingæ.

*ZVINGLIVS*

A.S.1531. *ZVINGLIVS arderet gemino cum ſanctus amore,*
*Nempe Dei inprimis, deinde etiam Patriæ,*
*Dicitur in ſolidum ſe devoviſſe duobus:*
*Nempe Deo inprimis, deinde etiam Patriæ.*
*Quàm benè perſolvit ſimul iſtis vota duobus,*
*Pro patriâ exanimis, pro pietate cinis!*
Obiit An. Sal. 1531. 11. Octob. æt. 48. vel 44.
*Theod. Beza f.*

D. O. M.

A.S.1534. IOHANNES AVENTINVS, vir ſingulari erudit. fide ac pietate præditus:
patriæ ſuæ ornamento, exteris admirationi fuit: Bojorum & Germaniæ ſtudioſiſſimus: re-
rum antiquarum indagator ſagaciſſimus: veræ Religionis, omniſque honeſti amator: cui
h. m. ad poſteritat. memoriam p. eſt. O. v. Idus Ian. Anno 1534. ætat. 68.

HULDRICO ZASIO, Jureconſ. ſuorum temporum toto
A.S.1535. orbe celeberrimo: hujus Acad. ornamento ſingulari: & Reipub. Friburg. in reſtaurando
jure municipali jam olim ſtrenuam operam navanti, aliiſque multis nominibus de ſe benè
merito; Magiſtratus officii memor fieri juſſit. Conceſſit naturæ Anno Sal. CIↃ IↃ XXXV.
VIII. Cal. Decemb. *Friburg. in Brisg.*

## In CORNELIUM AGRIPPAM.

Inter Divos nullos non carpit Momus;
Inter Heroas monſtra quæque inſectatur Hercules:
Inter Dæmones Rex Erebi Pluto iraſcitur omnib. umbris:
Inter Philoſophos ridet omnia Democritus:
Contrà deflet cuncta Heraclitus:
Neſcit quæque Pyrrhias:
Et ſcire ſe putat omnia Ariſtoteles:
Contemnit cuncta Diogenes:
Nullis hic parcit AGRIPPA:
Contemnit, ſcit, neſcit, flet, ridet, iraſcitur, inſectatur,
carpit omnia:
Ipſe Philoſophus, Dæmon, Heros, Deus, & omnia.

*Fertur, Cacodæmonem nigri canis ſpecie circumduxiſſe, ita ut, quum propinquâ morte ad pœnitentiam urgeretur, cani collare loreum magicis per clavorum emblemata inſcriptum notis exolverit, in hæc ſuprema verba iratè prorumpens: Abi perdita beſtia, quæ me totum perdidiſti. Eam in Ararim ſe immerſiſſe, nec enataſſe teſtes αὐτόπτας fuiſſe, ſcribit Iovius.*

Tabula affixa ad ſepulcrum THOMÆ MORI.

A.S.1535. THOMAS MORVS, urbe Londinenſi, familiâ non celebri, ſed honeſtâ natus, in lite-
ris utcunque verſatus, quum & cauſas aliquot annos juvenis egiſſet in foro, & in urbe ſua
pro Shyreno jus dixiſſet, ab invictiſſ. Rege Henrico VIII. (cui uni Regum omnium gloria



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

priùs inaudita contingit, ut fidei defenſor, qualem & gladio ſe & calamo verè præſtitit, meritò vocaretur) adſcitus in aulam eſt: delectusque in conſilium, & creatus Eques, Proquæſtor primùm, poſt Cancellarius Lancaſtriæ, tandem Angliæ miro Principis favore factus eſt: ſed interim in publico Regni ſenatu lectus eſt Orator populi: præterea Legatus Regis nonnunquam fuit, aliàs alibi: poſtremò verò Cameraci Comes & collega junctus Principi legationis Cuthberto Tunſtallo, tùm Londinenſi, mox Dunelmenſi Epiſcopo, quo viro vix habet orbis hodiè quicquam eruditius, prudentius, melius. Ibi inter ſummos Orbis Chriſtiani Monarchas rurſus refecta fœdera, redditamque Mundo diù deſideratam pacem, & lætiſſimus vidit, & Legatus interfuit: quam Superi pacem firment faxintque perennem. In hoc officiorum vel honorum curſu quum ita verſaretur, ut neque Princeps optimus operam ejus improbaret, neque Nobilibus eſſet inviſus, neque injucundus populo, furibus autem, homicidis, hæreticisque (LVTHERANIS ſcil.) moleſtus: pater ejus tandem Iohannes Morus Eques, & in eum judicum ordinem à Principe cooptatus, qui Regius conſeſſus vocatur, homo civilis, ſuavis, innocens, mitis, miſericors, æquus & integer, annis quidem gravis, ſed corpore pluſquàm pro ætate vivido, poſtquàm eò productam ſibi vitam vidit, ut filium videret Angliæ Cancellarium, ſatis in terra jam ſe moratum ratus, libens emigravit in cœlum. At filius defuncto patre, cui quamdiù ſupererat comparatus, & juvenis vocari conſueverat, & ipſe quoque ſibi videbatur, amiſſum jam patrem requirens, & editos ex ſe liberos quatuor ac nepotes undecim reſpiciens, apud animum ſuum cepit perſeneſcere. Auxit hunc affectum animi ſubſecuta ſtatim velut appetentis ſenii ſignum pectoris valetudo deteriòr. Itaque mortalium harum rerum ſatur, quam rem à puero penè ſemper optaverat, ut ultimos aliquot vitæ ſuæ annos obtineret liberos, quibus hujus vitæ negotiis paulatim ſe ſubducens, futuræ poſſet immortalitatem meditari, eam rem tandem (ſi ceptis annuat Deus) indulgentiſſimi Principis incomparabili beneficio reſignatis honoribus impetravit: atque hoc ſepulcrum ſibi, quod mortis eum nunquam ceſſantis adrepere quotidiè commonefaceret, translatis huc prioris uxoris oſſibus, extruendum curavit. Quod ne ſuperſtes fruſtrà ſibi fecerit, neve ingruentem trepidus mortem horreat, ſed deſiderio Chriſti liberis oppetat, mortemque ut ſibi non omninò mortem, ſed januam vitæ felicioris inveniat, precibus eum piis, Lector optime, ſpirantem, precor, defunctumque proſequere.

*Hoc Epitaphium ambitionis, temeritatis, & impietatis plenum eſt. Honores enim ipſe ſuos deprædicat, immemor dicti:* Laudet te os alienum. *Temerarius fuit etiam in eo, quod de vitæ exitu incertus, gloriam venatur, pro qua ignominiam accepit, pro ſepulcro ſcil. patibulum. Nam Henrici VIII. juſſu, ob improbatum ejus divortium, ſecuri percuſſus eſt Londini* 2. *Iul. An. Sal.* 1535. *Gloriatur porro in impietate ſua, & κατόρθωμα eſſe putat, vel potiùs cultum Dei, Evangelicis, quos hæreticos vocat, moleſtum fuiſſe; Verum idem hic evenit Moro, quod Sebnæ erigenti ſibi monumentum ſuperbum, &c.* vide Eſa. 22.

## Epitaphium inibi fixum.

*Chara THOMAE jacet hic IOANNA uxorcula MORI,*
*Qui tumulum ALICIAE hunc deſtino, quiq; mihi.*
*Vna mihi dedit hoc conjuncta virentibus annis,*
*Me vocet ut puer & trina puella patrem.*
*Altera privignis (quæ gloria rara novercæ eſt)*

Tàm

*Tam pia quàm gratis vix fuit ulla ſuis.*
*Altera ſic mecum vixit, ſic altera vivit.*
*Charior incertum eſt hæc ſit, an hæc fuerit.*
*O ſimul ô juncti poteramus vivere nos tres*
*Quàm benè, ſi fatum relligioq; ſinant!*
*At ſocient tumulus, ſociet nos obſecro cœlum,*
*Sic mors, non potuit quod dare vita, dabit.*

A.S.1535. CONRADVS jacet hîc GOCLENIVS, alter Eraſmus,
Ingenio, lingua, moribus atque ſtylo.
Hunc lugete virum Græcæ, Chariteſque Latinæ,
Et decus amiſſum Buslidiana domus.
Ille ſcholarum auxit pomeria lata LovanI,
Traxit eo omnigenûm millia multa virûm.
Immatura quidem rapuit te Parca diſertum,
Vix dum condideras integra luſtra decem.
Præmia ſed voluit Chriſtus tibi digna labore,
Et feſtinatas reddere delicias.
*Tumulus hic extat Lovanis ad D. Petri, obit An. Sal.* 1535.
*ante diem* 8. *Kal. Feb.*

A.S.1540. ANTONIUS de GUEVARRA, Binos ante fatum
annos ſibi ipſi confecit, exſtructum quoque poſt
ipſius obitum.
CAROLO V. Hiſpp. Rege Imperante
Illuſtris Dom. D. Frater ANTONIVS
de GVEVARRA
Fide Chriſtianus, natione Hiſpanus,
Patria Mavenſis, Genere de GVEVARRA,
Religione S. Franciſci, habitu
hujus Conventus,
Profeſſione Theologus,
Officio Prædicator & Chroniſta Cæſaris
Dignitate Epiſcopus Mindonenſis
fecit Anno Domini
M. D. XL.
*Poſui finem curis, Spes & Fortuna valete.*
Obiit anno M. D. XLIV. X. April. ipſo Cœnæ Domini die,
& ſepultus apud Franciſcanos in ſuo Epiſcopatu.

A.S.1540. Vixit & hoc tumulo docuit vir, Lector, honeſtus,
IANVS SCHWEBELIVS doctus amansque Dei,
Fidus erat monitor, facundus, & uſque modeſtus,
Manſuetus, Clemens, mitis, & æquanimus,
Sedatus, comis, facilis, totusque benignus.
Sermo illi lenis, mens pia, mosque probus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitam doctrinæ, doctrinam ſedulò vitæ
Æquabat: nulli non venerandus erat.
Æquales utinam liceat nos ſemper habere
Paſtores! quid enim ſanctius, oro, foret?
Dici felices nunquid tum, perque-beati
Poſſemus meritò: ſemideique viri?
Hic magno tandem oppetiit mœrore ſuorum:
Mens cœlo, corpus clauditur hac ſub humo.

*Primus Doctor Evangelii fuit in Ducatu Bipontino. Obiit ibid. An. Sal.* 1540. 19. *Maji, ætat.* 50.

A.S. 1541. Conditur hìc PHILIPPUS THEOPHRASTUS, inſignis Medicinæ Doctor: qui dira illa vulnera, lepram, podagram, hydropiſin, aliaque inſanabilia corporis contagia mirificâ arte ſuſtulit, ac bona ſua in pauperes diſtribuenda collocandaque erogavit, ANNO M.D.XLI. die 24. Septemb. vitam cum morte mutavit.

*Aurea pax vivis; requies æterna ſepultis.*
*Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.*

Salisburgi. Vide de illo Chronicon Baſil. Vrſtiſ.

A.S. 1542. HIERONYMO ALEANDRO Mottenſi, è Comitibus Landri in Carnia, Petræ Piloſæ in Hiſtoria oriundo, T.T.S. Chryſogoni S.R.E. Presbyt. Card. Brunduſino, Philoſophiæ & Theologiæ Doctori, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, aliquotque aliarum linguarum exoticarum ita exactè docto, ut eas rectè & aptè loqueretur & ſcriberet, mox diverſis legationibus pro ſummis Pontt. ad omnes ferè Chriſtianos Principes fideliter & diligenter perfuncto, & ideò in tabem delapſo. Quanti humanam miſeriam fecerit, ſequenti diſticho de ſe edito teſtatum poſteris reliquit:

Κάτθανον οὐκ ἀέκων ὅτι παύσομαι ὧν ἐπὶ μάρτυς
Πολλῶν, ὤπερ ἰδεῖν ἄλγιον ἦν θανάτου.

H. E.

*Exceſſi è vitæ ærumnis facilisque lubensque;*
*Ne pejora ipſa morte de hinc videam.*

Obiit Romæ Anno Sal. 1542. ætat. 62.

A.S. 1542. BEATO RHENANO, ex veteri Buldiorum familia: cujus excellens in omni genere doctrina, Græc. & Latin. linguar. cognitio, innocentia, humanitas, frugalitas, pudicitia celebris erit, donec rerum hæc univerſitas conſtabit. Studium antiquitatis declarant aliquot Latini ſcriptores ſacri profanique, ab eo purgati & prope integri reſtituti: item Germania, quam omnem tùm veterem, tùm novam mirâ diligentiâ tribus libris iluſtravit: Viro magno, immortalique memoriâ digno, Rudolphus Ber-

ſius

ſius hoc pietatis monumentum poſuit. ☙. Argentorati XIII. Kal. jun. æt. LXII. à Christo nato CIↃ IↃ XLII. Inde elatus heic jacet, ne optimo & doctiſſimo cive careret Patria, quam vivus tot egregiis monumentis illuſtravit.

*Te capiunt læto venientem ſydera plauſu:*
*Sed, quæ te genuit, patria terra dolet.*

Seleſtadii.

---

A.S.1542.

Matth. 25.

Ey du frommer vnd getrewer Knecht gehe eyn zu deines Herren freude.

D. O. M. S.

JOHANNI SVEBLIN, Phorcenſi, Theologo ac Eccleſiaſtæ Bipontino, viro integerrimo: necnon Catharinæ Burggraviæ, matronæ piiſſimæ, XIX. & XXI Maji Anno 1540. ex hac mortali vita ad æternam Angelorum conſuetudinem evocatis: parentibus ſuis recolendæ memoriæ diem Domini hîc exſpectaturis: Henricus & Rupertus filii pietatis ergò poſuere. Anno Domini M. D. XLII.

*Memento mori.*

---

A.S.1543.

D. O. M. Sacrum.

PAULUS CONSTANTINUS Phrygio, Theologus, Calendis Auguſti Anno M.D.XLIII. mortalis eſſe deſiit, jamque per Servatorem Jeſum, cujus Evangelion ille in ſcholis & ſacris concionibus ardentiſſimo ſemper ſtudio docuit, inter beatos vivit immortalis.

*Fuit hic primus Eccleſ. Petr. Baſil. Paſtor: evocatus poſtea ab Huldrico VVurtembergico Duce ad Tubingenſem Eccleſiam conſtituendam.*

---

A.S.1544.

VALERIO CORDO, Simeſuſio Heſſo, Euricii filio, moribus, ingenio, comitate præſtantiſsimo, doctorum omnium admirationem merito, qui naturæ obſcuritatem & herbarum vires adoleſcens ſenibus explicavit. Cùm expleri cognoſcendi cupiditate non poſſet, perluſtratâ Germaniâ Italiam adiit: Venetiis in honore habitus: & Romam vix ingreſſus, ſubito morbo inter amicorum lacrymas, non recuperabili ſtudiorum jacturâ, optimâ ætate extinguitur, Anno ætat. XXIX. Homini optimè merito ſocii Germani (Joh. Baptiſta & Paulus Heincelii, Patricii Auguſtani) pietatis ergò poſ. Anno 1544. 7. Calend. Octob.

*Ingenio ſupereſt CORDVS, mens ipſa recepta eſt*
*Cœlo: quod terræ eſt, maxima Roma tenet.*

Hic

A.S.1546.

*Hic propè MARTINI rurſus victura LVTHERI*
*In parvo tumulo molliter oſſa cubant.*
*Quæ priùs horrendis errorum preſſa tenebris*
*Atque operum obſcurâ nube ſepulta fuit.*
*Hoc monſtrante iterum patefacta eſt gratia Chriſti,*
*Quæque Deo acceptos nos facit eſſe, fides.*
*Namque ſuperſtitio cùm Regnum cæca teneret,*
*Et premeret longo dogmata vera ſitu;*
*Ille Dei afflatu monitus, verboque vocatus*
*Lucem Evangelii ſparſit in orbe novam.*
*Inſtructusque tubâ Paulinæ & fulmine linguæ,*
*Exploſo cœpit vera docere dolo.*
*Uſque agnum in media Baptiſta oſtendit Eremo,*
*Qui pia pro populi victima labe foret:*
*Sic quoque monſtravit te maxime Chriſte Lutherus,*
*Cùm totus tenebris obrutus orbis erat.*
*Et legis tabulæ, quas in Synaide Moſes*
*Alliſas fregit rupe, Propheta Dei,*
*Quid diſtent Evangelio, quod pectora ſanet,*
*Conſcia quæ culpæ terruit ira Dei.*
*Hoc pius amiſſum diſcrimen reddidit orbi,*
*Eſſent ut Chriſti munera nota magis.*
*Arguit Auſonii fraudes atque impia regna*
*Pontificis, populo quæ nocuêre Dei.*
*Pollutasque monens vitare idola per aras*
*Ad verum adduxit Corda levata Deum.*
*Magnanimusque Deo curſum ſervante peregit,*
*Inſidias contra multiplicesque minas.*
*Tandem ex hac vita tranquillâ morte vocatus,*
*Ardua propitio venit ad aſtra Deo.*
*Sentit ubi coram felicia gaudia Chriſto,*
*Veraque poſt obitum præmia vivus habet.*

In Lapide.

MARTINI LVTHERI S. Theologiæ Doctoris corpus h. l. ſ. e. qui Anno Chriſti 1546. 12. Kal. Martii Eislebii in patria ſ. m. o. c. v. Anno LXIII. m. 3. d. 10.

FRIDE-

*Grata Deo tanto ſit pro Doctore futura*
*Ætas, quæ Chriſti dogmata vera ſciet.*
*Atque oret precibus, Deus hanc qui præbuit orbi*
*Lucem Evangelii ſervet ut ipſe ſui.*

Deceſſit in patria ſua Isleben Anno Chriſti 1546. d. Febr. 18. æt. 63. m. 3. d. 10.

FRIDERICI MYCONII.

Quo duce Gotha tibi monſtrata eſt gratia Chriſti;
Hic pia MYCONII contegit oſſa lapis,
Doctrina & vitæ tibi moribus ille reliquit
Exemplum hoc ingens, Gotha tuere decus.

A.S.1547.

DAN. 21.

Die lehrer werden leuchten wie des Himmels Glantze / vnd die / ſo viel zur Gerechtigkeit weyſen / wie Sternen immer vnd ewiglich.

D. O. M. S.

CASPARUS GLASERUS Badenſis Ducis Wolfgangi Palatini Præceptor fidelis, Johanni Sueblin defuncto ſucceſſit, anno M. D. XL. Obiit verò anno M. D. XLVII.

*Succeſſoribus Defunctus.*

Quæ vera SVEBLIN, ac ego
Plantavimus hîc dogmata,
Vulſis Papæ zizaniis:
Docete pura ſedulò,
Rationem ut unà reddere
DEO queatis judici.

*Mori lucrum.*

A.S.1547. D. O. M. Tr. V. Salvatori, & CUNRADO PEüTINGERO, I. C. Patrit. Auguſt. Conſil. Fugg. erudit. virtute, rebusque amic. bon. ſenectâ felici & ipsâ morte Cl. V. qui vix. Ann. 82. d. 12. hoc in ſepulcro Majorum conditur. Margarita Velſerina Conjunx: & Cl. Pius I. C. Chriſtophorus, Ioh. Chryſoſtomus & Carolus, fratres germani 1. filii hæredes Peütingeri jun. ex merito amotis, obſervant. & obſequii pii ergò m. pp. Ob. 5. Kal. Ianuar Anno 1547.

A.S.1548.

MATTHIÆ ZELLII Epitaphium
à Nicolao Gerbelio IC. poſitum.

*Sex & Viginti Chriſtum docet impiger annis,*
*Primus & inſuetum ZELLIUS urget opus.*
*Infenſus Papæ, ſcelerumq; acerrimus hoſtis,*
*Nec minus & molles ſævus in hypocritas.*
*Parte aliâ nunquam, quos dura premebat egeſtas,*
*Auxiliatrices deſeruêre manus.*
*Moribus & vitâ doctrinam expreſſit, & ipſi*
*Mors fuit haud aliud, quàm ſopor eſſe ſolet.*

Obiit anno Sal. 1548. d. 9. Ian. ætat. 71.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1548. CASPARIS CRUCIGERI.

*Ore potens tribus linguis & pectore CASPAR*
*Talis, adhuc vitâ cùm frueretur, erat.*
*CASPAR ovile Dei qui rexit, vimq; luporum*
*Reppulit, & juvit Religionis opus.*
*Luſtra ſui nondum bis quinq; peregerat ævi,*
*Funere ſublatus cùm fuit ante diem.*
*Lucida nunc coram, cœleſti ſede receptus,*
*Quæ priùs ingenium calluit, aſtra videt.*
Obiit anno 1548. 16. Nov. ætat. 45. *Petr. Lotichius p.*

A.S.1549.

*Effigiem VITI pictura hæc monſtrat inanem,*
*Conveniens nomen cui THEODORVS erat.*
*Claræ pios dedit huic urbs Norimberga parentes:*
*Addidit ingenio ſed ſua dona Deus.*
*Ipſius mores caſti & ſine labe fuerunt,*
*Iuſtificâ coluit te quoque, Chriſte, fide.*
*Sparſit & in patriâ, conſtanti robore mentis*
*Pura Evangelii ſemina voce ſua.*
*Ingenii monumenta ſui, ſed plura Lutheri*
*Edidit: his poterunt ſeclæ futura frui.* Phil. Mel. 1549.

A.S.1550.

Anno Domini M. D. L.
die 7. Novemb.
Ingenuus ſingulariſque pietatis ac prudentiæ
Vir
SIVERIDUS à VHORBURG
hujus oppidi 35. annorum Præſes
obiit:
cujus ſpiritus luce fruatur æternâ.

*Telamontii.*

A.S.1550. D. M.

ANDREÆ ALCIATO, Mediolanenſi, I. C. Comiti, Protonotario Apoſtolico, Cæſareoque Senatori, qui omnium doctrinarum orbem abſolvit, primus legum ſtudia antiquo reſtituit decori. Vixit ann. LVII. m. 8. d. 4. Obiit prid. Id. Ian. Anno M. D. L. Franciſcus Alciatus I. C. A. B. M. P.

*Ad ſiniſtram:* ἀναβαλλόμενος.
*Ad dextram:* ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.

A.S.1551.

Vita ſuavis erat multis, vivente BVCERO:
Vita peracris erat multis, moriente BVCERO.
Voce Dei docuit, delectavitque BVCERVS,
Morte docet, vitâ docuit, Chriſtum eſſe ſequendum.

Talia diſcenti, nec mors, nec vita nocebit.
Hæc pius hic docuit, vitâq; & morte BVCERVS.
Plangite tàm charum patrem, vitamque ſequendo
Fingite: ſic cœlum capiet, quos terra tenebat.

*Obiit Anno Sal. 1551. d. 27. Feb. ӕt. 61.*
*Cantabrigiæ.*
Henricus Dux Suffoliz. p.

A.S.1551. JOACHIMUS VADIANUS, Poëta, Orator, Medicus, Geographiæ vindex, ſacrarum imprimis, ac in omni doctrinarum ſtudio, ut immortalia ejus teſtantur ingenii monumenta, vir clariſs. Civitatis hujus San-Gallenſis ut ſummâ prudentiâ, ita pari quoq; humanitate Conſul vigilantiſſimus: Qui, cùm unius Chriſti gloriæ patriæque ſalutis ſtudioſiſſimus eſſet, cui ne moriturus quidem ſe defuturum declaraſſet, primus libror. ſuorum omnium pro pub. conſtituenda Bibliotheca Remp. San-Gallenſem hæredem ſcripſit. Senatus igitur prudentia, fide, eximiâ in pia ſtudia liberalitate, pulcherrimo hic ornamento conſervando, ac cottidiè magis ac magis illuſtrium virorum ſcriptis locupletando, hic locus dicatus eſt. Proinde veſtrum erit, optimi Cives, ad inſtitutum & exemplum teſtatoris veſtra ſtudia componere: iisque bonis grato animo frui: in quibus tàm feliciter vir hic ornatiſſimus verſatus eſt. Mortuus VIII. Id. April. Anno M. D. LI. ætat. LXVI. Conſ. VIII.

*Conſule hoc viro egregio, frater fratrem in urbe S. Galli ex enthuſiaſmo anabaptiſtico decollavit. Fratricidæ autem voluntatem Dei Patris prætendenti dixerat Conſul: ſe quoque facturum voluntatem Dei Patris. Idem enim decollatus fuit graviori alioqui pœnâ dignus.*

A.S.1552. JODOCI WILLICHII.

*Hic ſacra VVILLICHII ſunt oſſa ſepulta IODOCI,*
*Qui Patriæ & noſtræ laus erat alma ſcholæ.*
*Nec ſolùm Medicâ Doctor celeberrimus arte,*
*Quâlibet ingenuâ ſed fuit arte potens.*
*Quantus is ingenio, quantus virtute, fideq;*
*Inq; Deum fuerit, quâ pietate pius:*
*Quamq; ſacroſanctum Chriſti viventis honorem*
*Eloquii triplicis concelebravit ope:*
*Aedita ſcripta tuæ certiſſima mentis imago,*
*Et ſtudiis placidis vita peracta docent.*
*Hæc igitur monumenta piam teſtantia mentem*
*Defuncto ſtatuit nupta pudica viro.*

Obiit in arce Lebuſiana, ætatis LI.
Chriſti verò, M. D. LII. anno, XXII. Novemb.

A.S.1552. JOHANNIS MARCELLI.

*Tempora MARCELLUS diſcrimine plena relinquens,*
*In cœlo æternæ gaudia pacis habet.*

*At deſiderio lugent ipſius amici,*
*Gymnaſium, cives, patria, & orba domus:*
*Optima pars & terreni mens ponderis expers,*
*Viſit cœleſtis ſumma theatra ſcholæ.*
*Nomina virtutum nullis obitura diebus,*
*Et clarum memori liquit in orbe decus.*
*Aſt huc reliquias poſuit, quibus excitus olim,*
*Viva ſub extremo veſtiat oſſa die.*

Obiit Anno 1552. ætat 42.

A.S.1552. PAULI JOVII Novocomenſis,
Epiſcopi Nucerini,
Hiſtoriarum ſcriptoris celeberrimi,
hîc depoſita ſunt oſſa,
donec eximiâ ejus virtute dignum erigatur
ſepulcrum.
Vivit ann. LXXVIII. m. VII. d. XXII.
Ob. III. Id. Decemb. M. D. LII.
Infrà.

*Hîc ſitus eſt* JOVIUS *Romanæ gloria linguæ,*
*Par cui non ſcripto non Patavinus erat.*

A.S.1553. IOHANNIS ÆPINI.
Hæc eſt ÆPIMI Doctoris imago IOHANNIS,
Qui docuit caſtè dogmata pura DEI,
Saxonicoque pios cætus in littore rexit,
Fulſit, & exemplis integra vita bonis.
Vrbis ubi Hamburgæ ſtant ardua mœnia claræ:
Maſſiliæ veteris quæ decus omne tenet,
Et ſuperat meliore bono: quod præbet honeſtum,
Et fidum hoſpitium, maxime Chriſte, tibi.
Inde etiam Aepinus vigilans, & pectore firmo
Errorum fucos depulit atque dolos.
Ergo Deo grates tanto pro munere dico:
Vtque regat ſemper pectora noſtra, peto:
Et faciat ſemper nos unum ut ſimus in ipſo,
Aeterni gnatus quod petit ipſe Patris.

*Obiit Anno Sal.* 1551. 13. *Maji, ætat.* 54.
Phil. Mel.

IESV CRISTO SACRVM.

A.S.1553. JOHANNI RIVIO, Attendor. viro opt. & mag. mor. ſeveriſs. præclarè de præſentibus poſteriſque merito, ornato à Principibus, culto ab eruditis: cum Anna con. & Paulo fil. morbo populari extincto, hac terrâ condito: Georgius Fabricius Chem. Præceptori ſuo incomparabili. Obiit Cål. Jan. 1553.

*Dominus adjutor in opportunitatibus.*

---

*MUSCULUS hîc ſitus eſt doctrinâ clarus, & ingens*
*Nomen in orbe manet, ſpiritus aſtra tenet.*

Obiit in Domino 3. Cal. Sept. Anno Chriſti 1553. æt. 66.

---

D. M. S.

A.S.1553. LAMBERTO CANTERO Friſio, Grüningenſi Juriſconſ. clariſs. Philoſopho, & Oratori præſtanti Caroli V. Senatori raro virtutis omnis exemplo, ſingulari patriæ ornamento, parenti merito, longè chariſſimo, pietatis & memoriæ ergo Guilielmus F. M. P. C. B. ann. XL. m. III. Θ. ann. ab O. Y. CIↃ IↃ LIII. VII. kal. Sextil.

---

Chriſto Sacrum.

A.S.1554.

*Qui locus inſigni vidit cum laude docentem*
*XYSTUM BETULIUM: nunc tegit oſſa viri.*
*Ingenium, mores, doctrinam, ſcripta per orbem*
*Cognita teſtantur: ſpiritus aſtra tenet.*
*Ille quidem luctum Patriæ, Doctisq; , Bonisq;*
*Liquit: at haud ſimilem liquit in orbe ſui.*

Vixit annos LIV. m.3. dies 26. Gymnaſio Auguſtano præfuit annos XVI. Obiit autem 13. Cal. Iul. Anno 1554. Iohannes Baptiſta, & Paulus Heinzelii fratres germani, Præceptori benè merito f. c.

---

A.S.1554. Anno Domini M. D. LIV. XXI Februar. HIERONYMUS TRAGOS, animæ corporiſque quondam Medicus, & Canonicus hujus Ædis, in Domino Jeſu obdormivit: cujus anima in conſortio beatorum quieſcit. Amen. *Hornbachii.*

---

A.S.1554. HIERONYMUS SCHURFFIUS J.U.D. deceſſit anno M. D. LIV. cùm vixiſſet annos LXVIII. & aliquot menſes, & interpretatus eſſet Leges annos L.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1554. JOHANNES FRIDERICUS, Dei gratiâ electus martyr Jeſu Chriſti: Dux afflictorum: Princeps confeſſorum fidei: Comes veritatis: Signifer ſanctæ Crucis: Exemplum patientiæ & conſtantiæ: Hæres vitæ æternæ, obdormiſcens in Chriſto, migravit ex hac miſerrima vita in cœleſtem Patriam. Vinariæ menſe Martio, Anno 1554.

A.S.1555.

Sepulcri venerare marmor hujus,
Quo IONAS cubat ille IVSTVS: ingens
Muſarum decus: eruditionis
Sincerus pietatis & magiſter,
Hunc Northuſa dedit: docentis ora
Eſt miratus, approbavitque ipſe
Lutherus: dolet ac gemit paterque
Albis, Sala paterque: flent ademtum
Omnes judicii elegantioris,
Et bonique Viri, piique: cœlo
Ille, colloquio Dei, receptus,
Et Chriſti fruitur beatus ore.

*Θ. anno 1555. 9. Octobr. ætat. 63.*

A.S.1555.

GEMMÆ FRISII.

*Quis lapis hic? GEMMAE. Gemmam lapis an tegit? inquis,*
*At condi in gemma debuerat potiùs.*
*Non ita. nam quævis minor, illa gemma fuiſſet,*
*Et poſita a Gemma gemma fit iſte lapis.*

Antuerp. obiit anno 1555.

A.S.1557. BARTHOLOMÆO TUCHER, ex Norica illa gente, quæ ab Henrici IV. Aug. temporibus, continuâ Majorum ſerie Reipubl. ſuę pręeſt, Anno 1542. die 26. Octob. defuncto: Herbetæ dein ejus uxori Anno 1557. die 29. Mart. poſteris omnib. & conjugibus eorum, in ſpe reſurrectionis heic quieſcentibus. *Antuerpiæ.*

A.S.1557. THOMAS LINACRUS, Regis Henrici VIII. Medicus, vir & Græcè & Latinè, atque in re Medica longè eruditiſſimus: multos ætate ſuâ languentes, & qui jam animam deſponderant, vitæ reſtituit: multa Galeni opera in Latinam linguam mirâ & ſingulari facundiâ verſit: egregium opus de emendata ſtructura Latini ſermonis, amicorum rogatu, paulò ante mortem edidit: Medicinæ Studioſis Oxoniæ publicas lectiones duas, Cantabrigiæ unam, in perpetuum ſtabilivit: in hac urbe Collegium Medicorum fieri ſuâ induſtriâ curavit, cujus & Præſidens primus electus eſt: fraudes doloſque mirè peroſus: fidus amicis: omnibus ordinibus juxtà charus: aliquot annis antequàm obiret, ſacerdos

factus, plenus annis ex hac vita migravit multum deſideratus, Anno M. D. IV. xx. Octobr. Cujus animæ Deus ſit proprius.

*Thomæ Linacro Clariſſ. Medico Ioh. Cajus poſuit* 1557. *menſ. Auguſt.*
Londini extat.

*Ingraveſcente demùm ætate dicitur cepiſſe legere S. Literas, & incidens in locum Matth.* 5. Quiſquis impegerit alapam, &c. *projecto libro dixiſſe:* Aut hoc non eſt Evangelium, aut nos Chriſtiani non ſumus.

---

A.S.1557. PETRO NANNIO Alcmarino Presbytero,
& Canonico Atrebacenſi,
viro doctiſſimo,
humaniores literas in collegio Buslidiano
annos octodecim profeſſo,
Sigiſmundus Fridericus Fuggarus Baro in Kirchberg, & Viana,
b. m. & amico paterno mem. & virtutis ergò
juſſu Parentis poſ.
Vixit annos 57. Obiit 1557. 12. Kal. Aug.
*Exſtat Lovanii.*

---

A.S.1557. Reverendo viro Dn. HENRICO STOLONI à Dierbach, Eccleſiaſtæ atque ſcholæ Heidelberg. Concionatori, ac Profeſſori ordinario, conſtantiſs. & doctiſs. qui vixit annos LXVIII. menſ. VI. obiit verò anno ſalut. hum. 1557. menſ. Sept. d. 28. Anna uxor, Iacobus, Bernhardus & Chriſtophorus filii ſuperſtites hoc monumentum poſuerunt.

---

A.S.1557. *Proximus hic tumulus* CATHARINÆ *contegit oſſa,*
*Quæ Crappo quondam Conſule nata fuit.*
*Conjugio caſto fuerat quæ nupta Philippo,*
*Ex ſcriptis cujus nomina nota manent.*
*Virtutes habuit donatas numine Chriſti,*
*Matronæ Paulus quas docet eſſe decus.*
*Hîc abſente viro ſepelivit filia corpus,*
*Vivit conſpectu mens fruiturq; DEI.*

---

D. O. M. Trino & Uni S.

ANDREÆ GRUNTHLERO Suevifordiano, magnæ peritiæ viro, Medico & Philoſopho; qui ſimul atque ſchola, in qua vix dum ab exilio profiteri artem ceperat, peſtis metu hîc diſſiparetur, ſolvi à corpore exoptavit, proque voto ſolutus eſt, non tædio ſolo amiſſæ incomparabilis exempli ſociæ, ac conjugis Minervæ ſuæ, (erat enim in omni fortuna homo mode-

modeſtiſſimus) ſed ut ex denſa hac rerum cœleſtium ignoratione in lucem traductus aberrationibus Deum non ampliùs offenderet: hîc in ſpem reſurrectionis quieſcenti, ſodalis ſodali, Medicus Medico, Guilielmus Raſcalonius p.

---

A.S.1558. Anno M. D. L VIII. 9. Martii obiit Nobilis Domina MARGARETHA de Boys, nata de Vhorburg: Cujus anima pace æternâ fruatur. Amen.

*Telamont.*

---

A.S.1558. DEO immortali opt.max. & Chriſto Jeſu hominum ſalvatori ſacrum

*JOHANNI FERNELIO, Ambianenſi, Henr.II.Galliarum Regis Conſiliario & primo Medico nobiliſſimo atque optimo, reconditarum & penitùs abditarum rerum ſcrutatori & explicatori ſubtiliſſimo, multorum ſalutarium medicamentorum inventori, vitæ germanæque Medicinæ reſtitutori: ſummo ingenio, exquiſitoque doctrinâ Mathematico, omni in genere Philoſophiæ claro, omnibusq́; ingenuis artibus inſtructo, temperatiſſimis ſanctiſſimisque moribus prædito, ſocero ſuo pientiſſimo, Philibertus Bercotius ſupplicum libellorum in Regia magiſter, magnique Regis Conſilii præſes, affinitate gener, pietate filius, mœrens poſuit, Anno à Salute mortalibus reſtitutâ M.D.LVIII. Obiit XXVI. April. An. M.D.LVIII. Vixit annos LII.*

---

A.S.1558.

Scripta per ora volant non tantùm docta MICYLLI,
Aemula carminibus, culte Tibulle- tuis:
Sed quoque Grajorum Latias de divite gaza
Auxit opes labor & ſedula cura Viri.
Exuvias tenet hic tumulus, mens læta vagatur,
Quâ ſacra Elyſium concitat aura nemus,
Et vati Hutteno, Cordo, conjunctus & Heſſo,
Quisquis & è noſtris nobile nomen habet:
Voce canit doctâ laudes & carmina CHRISTO,
Aſpectu fruitur colloquioque DEI.

*Obiit Heidelb. Anno Sal.* 1558. 28. *Ian. æt.* 55.

---

A.S.1558. D. O. M.

D. CAROLO V. M.Imp. Aug. P.P. qui cùm ann. XXXIX. ſummâ cum laude rerum gubernacula tenuiſſet, tandem maximis terrâ marique partis victoriis, poſt abdicatum Imp. ætat. anno LVIII. in divos relatus eſt die 21. Sept. Anno Chriſti M. D. LVIII. S.P.Q.A. honorificentiſs. heic perſolut. juſt. benè merito gratitudinis ergò dic.

JOHAN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1558. **JOHANNIS BUGENHAGII.**

*Conjugis ut ſenio confecti corpus aquatum*
*Ipſa ſuis humeris Halcyo grata gerit:*
*Sic benè promeritum Doctorem Eccleſia curet,*
*Et leves ætatis pondera dura ſeni.*
*Sic tua canities, Doctor POMERANE, fidesq́;*
*Sincera eſt cunctis jam veneranda piis.*
*Qui procul externis ſparſiſti fidus in oris*
*Pura Evangelii ſemina voce tuâ.*
*A ceu Baptiſtes agnum monſtrare ſolebat,*
*Aeterno Chriſtum de Genitore ſatum:*
*Tu quoque juſtifica docuiſti agnoſcere Chriſtum,*
*Aeterniq́; Patris ſumere dona, fide.*
*Fictiliumq́; alias formas tua lingua Deorum*
*Evertit, Papæ quas voluere coli,*
*Et velut in ſcopulis celſus locat Halcyo nido,*
*Hyberni circum quos fremit unda maris:*
*Sic modio in pelago felix jam Dania nidos*
*Exſtruxit Chriſto, te fabricante, pios.*
*Te Deus hos intertexit juvitq́; labores,*
*Nunc vitâ functus vivis in arce poli.*

Obiit Sal. Anno 1558. 20. April. ætat. 73.

*Phil. Mel. ad imaginem ejus apponi c.*

A.S.1558. *Aginni Nitiobrigum in Aquitania. In Eccleſia fratrum Auguſtinianorum.*

Julii Cæſaris SCALIGERI, quod fuit, obiit anno cIↃ IↃ. LVIII. XII. Cal. Novemb. ætat. ſuæ LXXV.

*Extulit Italia, eduxit Germania, IVLI*
*Vltima SCALIGERI funera Gallus habet.*
*Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Martis*
*Reddere non potuit nobiliore loco.*

A.S.1550.
*Sunt hæc ora, genæ, facies & pectus ERASMI*
*SARCERII: hæc potuit pingere docta manus.*
*Verùm nemo poteſt, quæ ſit conſtantia mentis,*
*Pingere: quin hoc non eſſet Apellis opus.*
*Impia qui nunquam deliramenta ſecutus,*
*Sincero fidei dogmate paſcit oves.*
*Quas non concinnas fraudesq́; minasq́; potentum*
*Suſtinuit: forti pectore dura ferens?*
*Neſtoris eloquio ſimilis facundia linguæ,*
*Illius tantâ cum gravitate fluit:*

*Vt meritò ſibi, quem ſtudiis quæſivit honorem,*
*Ingenio & celebris fama per aſtra volet:*
*Fortiter & tulerit quam tam mala multa ferendo:*
*Exilii fuerit pœna timenda licèt.*
Θ. anno 1559. 28. Nov. ætat. 59.

---

A.S. 1559. Anno M. D. LIX. die x. Novemb. deceſſit Vir Clariſs. IACOBVS MILICHIVS, Doctor artis Medicæ, eruditione & virtute excellens: cujus labores ſtudiis doctrinarum profuerunt, ut & ſcripta ejus oſtendunt.

---

A.S.1560. D. O. M. S.

Dn. JACOBO BORDINGO, Antvverpiano, viro in omni Philologia & Philoſophia bené & eleganter verſato: & propterea Sadoleti quoq; aliorumque exterorum doctiſs. monumentis publicè celebrato, primùm Patriæ, dein Ducc. Megapp. & Sereniſs. Daniæ Regg. Chriſtiani III. & Friderici II. Archiatro: Academiarum Roſtochianæ & Hafnienſis ornamento: ob veræ pietatis, eruditionis, ſapientiæ, & omnium virtutum laudem, memoriam perennem jam pridem adepto: grati hoc animi memoraculum, Patri optimo, ſibique, & omnibus bonis deſideratiſs. in beatæ reparationis ſpem, Iacobus Bordingus F. I. V. Doctor, Profeſſor & Cancellarius Megapol. P. C.

*Piè obiit Hafniæ anno Chriſti 1560. Sept. 5, horâ 4. veſp. anno ætat. 50.*

---

A.S.1560. *Cedite pictores, hinc blandi cedite vates*
*Oratorq; tuo flumine conſtiteris.*
*STVRMIVS ut fuerat, non eſt imitabilis arti,*
*Talis & ingenio, talis & ore fuit.*

Sturmiorum genti, cujus antiquitas à Rudolpho Habsburgio Romanorum Rege confirmata fuit, perpetuo nobilitatis Offenburgicæ beneficio: quod ab eo Wernherus Sturmius accepit: qui Anno 1560. Senator erat. Iacobo item Sturmio ornamento Majorum, exemplo nepotum, Anno Chriſti 1524. Senatori, 25. xv-viro, 26. xiii-viro, ſæpè Prætori, xci. ad comitia Imp. conventus Principum Civitatis Legato: quibus legationibus ab urbe abfuit annos propé novem: qui gratis Majorum exemplo, patriæ conſulere maluit, quàm Electorum & Principum conſiliis, magno ſuo emolumento præfici: conſtitutis ſuo conſilio ſcholis: amplificatâ ſuâ pecuniâ bibliothecâ: auctisque ſuo teſtamento ſcholarum fructibus annuis 50. aur. argen. nato Anno Chriſti 1489. mortuo 1553. ætat. 64. pleno, ac 10. Aug. hebdomade 12. 30. Octobr. optimo civi, clariſſimo viro: chariſſimo fratri: Fridericus & Petrus Sturmii, amoris, honoris: memoriæ, exempli ergò hanc tabulam poſuerunt. *Iohan. Sturmius f. Argent. Anno* 1560.

---

A.S.1562. *Hic ego STIGELIVS jaceo: quis curat ut omnis*
*Negligat hoc mundus; ſcit tamen ipſe Deus.*
Vivus ſibi f.
Obiit ann. ætat. 47. Sal. 1562.

---

A.S.1562. *Thuſcia te pepulit, Germania & Anglia fovit*
*MARTYR: quem extinctum nunc tegit Helvetia.*
*Dicere quæ ſi vera volent, re & nomine dicent:*
*Hic fidus Chriſti (credite) martyr erat.*

*Vtq; iſtæ taceant, ſatis hoc tua ſcripta loquuntur.*
*Plus ſatis hoc Italis exprobat exilium.*
Obiit Anno Sal. 1562. 14. Nov. ætat. 63.

PHILIPPO MELANTHONI, Sacrar. literar, ſolertiſs. & fidelis. explicatori, veritatis cœleſtis patrono & propugnatori inprimis ſtrenuo, opt. diſciplinarum & artium cùm inſtauratori, tùm conſervatori: qui omnem doctrinam, q. vagam & diſſipatam collegit & ad certam rationem revocavit: viro pietate, ſtudio puræ caſtæque religionis, ſapientiâ, virtute, humanitate, benignitate erga omnes præſtanti, feliciter & ſanctè in terris mortuo 3. Cal. Maji C. V. an. LXIII. m. 2. d. 2. h. 1. Acad. Wittemberg. cui ille totis ann. 42. operam navâſſet. H. M. P. C.

A. S. 1562. M. PETRO à VVESENBECKE, primùm Secretario, deinde præclaræ hujus urbis (*Antverp.*) Senatori, ac D. BARBARÆ KIELS, ejus conjugi ſuaviſs. quorum hæc cùm vixiſſet annos LXIII. obiit 19. Octob. M. D. LII. ille verò annos LXXV. deceſſit 18. die Feb. Anno à Chriſto nato M. D. LXII. chariſs. parentib. è regione ſepultis hoc mon. liberi dolentes poſ. Iconoclaſiæ tempore mutilatum, Ægidius Gerardi Ægidii f. Conſul Vrbanus Avo, Aviæque maternis R. C.

A. S. 1562. D. O. M.

SIMON PISTORIUS, LL. D. obiit 3. Non. Dec. horâ 5. pomerid. An. Chriſti M. D. LXII. æt. LXVIII. pater liberor. XXIII.

Vita noſtra fidei vita eſt, non contemplationis.

*Clauditur hoc tumulo SIMON PISTORIVS, is qui*
*A patre præclaro nomen avoq; tulit.*
*Saxonicæ vixit qui Cancellarius aulæ,*
*Vltra quinq; gerens luſtra regentis opus.*
*Ingenio præſtans, ſtudio indefeſſus, honore*
*Summus, conſiliis utilis, ore potens.*
*Quod mortale fuit tellus tenet: indita fama*
*Nominis haud ullo ſtat violanda die.*

Patri clariſs. filii mœſtiſs. p. c. p. c.

SIMON PISTORIVS, artium & LL. Doctor, in erudita familia natus, magnis honoribus functus, eruditos & honoratos linquens filios ſuperſtites: quem urbs Papia docuit, Patria Lipſia ornavit, Aula Saxonica obſervavit, ſub hoc ſaxo corpore conditur, animo vivit felicitate ſempiternâ.

A. S. 1563. HENRICUS GLAREANUS, Poëta Laureatus, Gymnaſii hujus (*Friburg.*) ornamentum eximium, expleto feliciter extremo die, componi hic ad ſpem futuræ reſurrectionis providit; cujus manibus propter ratam eruditionem, candoremque in profitendo, Senatus Reip. literariæ gratitudinis & pietatis ergò monumentum hoc æternæ memoriæ conſecratum, poſteritati ut extaret, erigi curavit. Exceſſit vitâ Anno Sal. CIↃ IↃ LXIII. d. XXVIII. menſ. Maji, ætat. LXXV.

A.S.1563. DEO Triuno S.

SALOMONI REMO, Joann. F. Patrit. Auguſt. Vindel. qui negotiorum cauſâ Antverpiam veniens, poſt menſem morbo correptus, nec plus triduo decumbens, placidè animam DEO reddidit, Mater & fratres mœſti poſ. Vixit annos XXXII. Obiit VII. Kl. Novemb. Anno Sal. M. D. LXIII.

A.S.1564. Anno Domini M. D. LXIV. Kal. Febr. piè in Chriſto obiit Clariſſimus Vir D. ANDREAS HYPERIUS Theologiæ Doctor & Profeſſor in hac ſchola (*Marpurgenſi*) celeberrimus, ætat. *63*.

A.S.1564. ANDREÆ VESALII Bruxellenſis tumulus, qui obiit Idib. Octobr. Anno cIc Iↄ LXIV. ætatis verò ſuæ L. cùm rediiſſet Hieroſolymis.

*Munde vale, nulla hic eſt conſtans patria, cœlum*
*Per te Chriſte datur, Patria firma piis.*

In Zazyntho inſula prope Venetias miſerè moritur in miſerrimo tuguriolo inter barbaros, &c.

A.S.1564. D. O. M.

D. FERDINANDO, D. Caroli V. Imp. Aug. pacis & quietis ſtudioſiſs. qui ubi Rom. Rex deſignatus, unà cum fratre imperâſſet ann. XXVIII. ſolus verò VI, die 25. Jul. Anno Chriſti M. D. LXIV. conceſſit fatis, cùm vixiſſet annos LXI.

*S.P.Q. Antv. juſtis exequiis heic ritè perſolutis*
*p.m. ergò p.c.*

A.S.1564,

Romæ ruentis terror ille maximus,
Quem mortuum lugent boni, horreſcunt mali,
Ipſa à quo potuit virtutem diſcere virtus,
Cur adeò exiguo ignotoque in ceſpite clauſus
CALVINUS lateat, rogas?
CALVINUM aſſiduè comitata modeſtia vivum,
Hoc tumulo manibus condidit ipſa ſuis.
O te beatum ceſpitem tanto hoſpite!
O cui invidere cuncta poſſint marmora!

*Obiit anno Sal.* 1564. 27. *Maji, ætat.* 55.

A.S.1564. D. O. M. S.

D. THOMAS GRYNÆUS, Fide ac Vita Theologus, ut ſuperſtes viva voce & exemplo ſuo auditores, ſic in Chriſto quieſcens ſymbolis obedientiæ, fidei & prudentiæ, poſteros in Domino admonitos volens, in monumento hoc juſtorum reſurrectionem præſtolatur. Obiit Ann. Dei in carne patefacti M. D. LXIV. poſtr. Cal. Sextilis.

*Pater hic fuit Dn. D. Ioh. Iacobi Grynæi, p.m.* Rœtelæ extat.

In

A.S.1565. In Teutſchland/ vnd darzu in einer berühmten Stadt/ iſt ein Burger mit Weib vnd Kind an einem Tag an der Peſtilentz geſtorben: welchem die Oberkeit diß Epitaphium geſchrieben hat:

Ach war das nicht ein groſſe Klag/
Da ich ſelbs zwölfft ſtarb an eim Tag!

A.S.1565. JOHANNI RANZOVIO, Equiti aurato, Aſſertori libertatis, Danorum trium Regum à conſiliis, eorumq; duci bellorum ſummo, hoc loco rem divinam facere ſolito, uxor & filii mœſtiſſimi locavêre. Obiit cùm vixiſſet annos 73. Anno Chriſti 1565. 12. Decembr.

JOHANNES MATTHESIUS hoc ſibi compoſ. Epitaphium.

*Securus recubo hic, mundi pertæſus iniqui:*
*Et didici, & docui vulnera, CHRISTE, tua.*

A.S.1565. CONRADO GESNERO, Tigurino, Philologo & Polyhiſtori eximio, Germaniæ lumini, Helvetiæ decori, editis in omni litt. genere, præſertim verò in Medic. & nat. Philoſoph. lucubr. clariſſimo, dum de aliorum utilitate promovenda magis, quàm de propria ſalute tuenda cogitat, Eccleſiæ, Scholæ, Reipubl. bonorum denique omnium cum incredibili luctu blandiſſ. eâdemque atrociſſ. peſtil. abſumto, Theodorus Zuingerus Baſil. Præceptori b. m. p. M. D. LXV.

*Ingenio vivens naturam vicerat omnem:*
*Naturâ victus conditur hoc tumulo.*
*Plinius hic ſitus eſt germanus, perge Viator:*
*GESNERI toto nomen in orbe ſolat.*

A.S.1566. *Qui ſatum in foliis Chriſtum & velamine Moſis*
*Quæſiit, Iſaciis fontibus ora lavans,*
*Luce, DRACONIDES, clarâ jam conſpicit ipſum*
*Pleniùs, è vivo, ſacraq; fonte bibit.*

Placidè in Chriſto obdormivit IOH. DRACONITES, S. Theol. D. d. 28. April. 1566. egreſſus 72. æt. annum.
*Sepultus VVitembergæ.*

A.S.1566. Romæ in S. Laurentii in Damaſo.

ANNIBALI CARO, Equiti Hieroſolymitano omnis liberalis Doctrinæ, Poeticæ imprimis Oratoriæque facultatis præſtantia Excellentiſſ. Petro Aloyſio Parmenſium Duci & Alexandro Card. Farneſiis, ob ſpectatam in conſiliis dandis fidem at-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que probitatem ſuis verò aliisque omnibus, ob ſingularem probitatem atque beneficentiam chariſs. Vixit ann. LIX. M. V. D. II. Iohannes & Fabius Cari, fratri optimo, Ioh. Bapt. Ioh. Fil. Patruo bene merenti poſ.

Obiit XV. Kl. Dec. M, D. LXVI.

*Annibal hicce eſt celebratiſs. ille Poeta, qui Virgilii Eneid. carmine Thuſco Heroico reddidit, & lepidiſsimam illam odam in Laudes Coronæ Francicæ compoſuit, contra quam Ludovicus Caſtelvetro ſcripſit, ſed ab Academia vulgo L'Academia di Banchi di Roma defenſus, laudem immortalem ſibi comparavit.*

A.S.1567. Anno Domini M. D. LXVII.
XXIIX. Octobr.
obiit
Nobilis Domina
JOHANNA de VHORBURG
nata de Spechbach.
R. I. S. P. *Telamontii.*

A.S.1567. Sub hoc quoque ſaxo jacent recondita oſſa
Nobilis
MARCI à VHORBURG,
(Siveridi filii)
Anno M. D. LXVII. *Ibid.*

A.S.1569.

*Hos quicunque vides infirmi corporis artus,*
*Quos tibi Pictoris parva tabella refert:*
*Conſilium perpende DEI, qui ſplendida Mundo*
*Viſa, putat Regno non ſatis apta ſuo.*
*Eligit infirmos, per quos Eccleſia Nati*
*Docta ſalutarem poſcit habere fidem.*
*Ille etiam præiens juvat inſtrumenta ſalutis,*
*Præſidioq; levat membra puſilla ſuo.*
*Qu[illegible] parva licèt fuerint vox membraq; EBERI,*
*Ipſe per hunc voluit notior eſſe* Λόγος.
*Namque priùs celebres docuit qui ſedulus artes:*
*Pòſt CHRISTI æthereo ſemine pavit oves.*
*Quid tenues ſpectas artus? in corpore parvo*
*Sæpè etiam pietas, ingeniumq; viget.*

Obiit Anno Sal. 1569. 10. Dec. ætat. 58. d. 32.

Hîc

A.S.1569. Hîc quieſcit corpus clariſſimi & doctiſſimi Viri de Eccleſia & literis præclarè meriti, D. VICTORINI STRIGELII Kaufbeürenſis, piè defuncti die 26. Iul. Anno M.D LXIX.

*Pſal. 17.*

*Ego in juſtitia videbo faciem tuam, ſatiabor cùm evigilavero ad ſimilitudinem tuam.*

---

A.S.1569.

D. O. M. S.

PETRO ANDREÆ FABRICIO,
viro
pietate, virtute, eruditione ornatiſſimo,
Grammatæo Hildenſi fideliſſimo;
&
MARGARETHÆ auff dem Sand/
matronæ piæ caſtiſſimæque,
Parentibus opt. ac longè chariſs.
GVILHELMVS FABRICIVS Hildanus
filius
cum mœrore & lachrymis h. m. p.
Anno M. DC. XII.
Obiit
Ille Anno 1569. 9. Novembr.
Illa 1612. 26. April. cùm annum 80. ætatis
intráſſet.

Lehrne leben/ ſterben auch darbey/
Doch wiltu ſeyn vom Tode frey/
So lehrne leben Chriſtiglich/
So wirſtu leben ewiglich.

*Hildenæ in cœmiterio lapidi inſculptum.*

---

A.S.1570. *Florentiæ in S. Crucis Ædib.*

MICHAELI ANGELO BONAROTIO è vetuſta Simoniorum familia: Sculptori, pictori, & architecto: fama omnibus notiſſimo, Leonhardus Patruo amantiſs. deque ſe opt. merito, translatis Româ ejus oſſibus, atque in hoc templo majorum ſuorum ſepulchro conditis: cohortante Sereniſs. Coſmo Medices magno Hertruriæ Ducc, P.C. anno Salutis 1570. Vixit ann. 88. m. 2. d. 15.

*Maximam in hoc Epitaphii opere curam Ducis Medicei citat Georgius Vaſari in Vitis Pictorum, Sculpt. & Architect. p.m. 796. ubi & Perſonas ad Picturam, Sculpt. & Architect. deſtinatas cum ſumpt. narrat.*

---

A.S.1571. Georgius Fabricius vivus ſibi f.

FABRICIVS ſtuduit benè de pietate mereri,
Sed quicquid potuit, gloria Chriſte tua eſt.

Σοὶ χάριν οἶδα Θεῷ εὐσπλάγχνῳ ὅς μ' ἐδίδαξας,
Ἐν βιότῃ τε θανεῖν, ἐν βιότῃ τε βιῶν.

Filio-

Filiolo G. Fabricii.

*Vixi quinque dies, vivo nunc omne per ævum:*
*In Chriſto factus rurſus imago DEI.*
Mors mea, vita mea eſt.

A.S.1571. D. O. M. S.

CUNMANNO FLINSBACHIO Tabernæmontano, Diacono & Superintendenti vigilantiſſimo, cùm Evangelium per annos XIX. hîc poſtremis etiam Paſtorem agens, puré docuiſſet: alibi reformationi Eccleſiarum interfuiſſet; utilia ſcripta edidiſſet: die undecimâ Septemb. Anno 1571. ætat. 44. piè cum lacrymis bonorum defuncto, memoriæ ergò hæredes poſuerunt.

*Hodiè mihi, cras tibi.*

Obiit Biponti ſuſpicione veneni á Pontificio quodam paſtore propinati.

A.S.1572. JOHANNI GOROPIO BECANO, divinarum atque humanarum rerum, bonarumque artium peritiſſ. Katharina de Cordis uxor & filiolæ duæ conjugi ac parenti dulciſſimo cum lacrymis poſ. procurantibus Lævino Torrentio & Caſparo Sarchio, quibus ille res ſuas moriens commendavit. Vixit annos LIII. Obiit IV. Cal. Iul. Anno M. D. LXXII. *Trajecti ad Moſam.*

A.S.1572. Admiralii Galliæ,

CASPARI COLIGNII Epitaph.

*Ille DEI miles jacet Amiralius, armis*
*Invictus, ſolâ victus ab invidiâ.*

A.S.1572.

Eloquio rarus, mirâ gravitate verendus,
Ingenio felix, & pietate ſacer:
Heu jacet eximius parvo ſub ceſpite Doctor!
Hic STEPHANVS requiem qui SZEGEDINVS habet.
Hunc juvenem vidit ſchola bis peregrina diſertum
Dogma, Luthere, tuum, teque, Philippe, ſequi.
Poſt varios caſus, & multa pericula vitæ,
Dum petit, aut dotes ſpargit ubique ſuas.
Senſit ad extremum plebs ſacra Kevina docentem,
Admirans ſenio multa notare gravi.
Vnde quidem Chriſti cultor non victus honoris,
Hunc ſua non ægrè per monumenta colet.
*Obiit Anno Sal.* 1572. d.2. Maji, ætat.67.

A.S.1572. VITO POLANTO, V. Nobiliſſ. & Clariſſ. J.U. Doctori ac Comitii Palatii Lateranenſis Illuſtriſſ. Principp. D. Oth. Henrici, & D. Friderici III. Palat. Elect. Conſiliario præcipuo, marito, ac patri chariſſ. Cordula Botzemia, uxor ejus, liberiq; ſuperſtites mœſtiſſ. heu multis cum lacrymis h. m. f. c. Θ. VI. Cal. Febr. Anno Sal. CIↃ IↃ LXXII. ætat. ſuæ LII.

*Fer-*

A.S.1573. Ferrariæ apud Carmelitas LVDOV. ARIOST.
LUDOVICO ARIOSTO Poëtæ, Patritio Ferrarienſi, Auguſtinus Muſtus, tanto viro, ac de ſe bene merenti tumulum & effigiem Marmor. ære proprio P.C. An. Sal. 1573. Alphonſo II. Duce; vixit Anno LXIX. obiit An. 1533.

*Heic ARIOSTVS eſt ſitus qui Comico*
*Aureis theatri ſparſit Vrbanas ſale:*
*Satyraq; mores ſtrinxit acer improbos.*
*Heroa cultos qui furentem carmine,*
*Ducumq; curas cecinit atq; Prælia,*
*Vates Corona dignus unus triplici,*
*Cui trina conſtant, quæ fuêre Vatibus,*
*Grajis, Latinis atq; Hetruſcis ſingula.*

In eodem ipſi & aliis Monumenta Poſta.

A.S.1573. JOACHIMO CURÆO, Freiſtadienſi, Doctori Philoſopho & Medico in urbe Glogovienſi, Sacrarum literarum peritiſſimo, viro pietate, ſapientiâ, virtute, eloquentiâ, dignitate præſtanti, piè defuncto die 21. Jan, Anno Chriſti M.D.LXXIII. ætat. verò ſuæ XLI. Anna uxor marito, liberique patri chariſſimo h.m.p c.

*Hic tegitur magnus parvâ JOACHIMO arenâ,*
*CURÆUS lumen Sleſica terra tuum.*
*Ingenio ſummus, Medicâ celeberrimus arte,*
*Mortuus & vivus, maxime Chriſte, tuus.*

Præciſa eſt, velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, Dominus ſuccidit me. *Eſa.* 38.

A.S.1573. BALDUINUS hîc jacet: hoc tetum reputa, & vale. Mortuis vobis Iuriſprudentiam gravis corripiet ſopor.
*Obiit Pariſiis Anno* 1573. 11. *Nov. ætat.* 53.

A.S.1573. ANNA, uxor Joachimi Camerarii, ex familia Truchſeſſiorum de Gruensberg ☉. ann. Chriſti 1573. d. 15. Iul. cùm vixiſſet ſine omni querela cum marito annos integros 46.

A.S. 1574. COSMVS MEDICES HIC SITVS EST, DECRETO PVBLICO, PATER PATRIÆ.
*Anno Sal.* 1574.

D. O. M.

A.S.1574. JOHANNI NÆVIO Chemnicenſi, Doctori præcellenti, doctrinâ, & magnâ in arte experientiâ per Germaniam celeberr. ob eamque à Rom. Cæſare Ferdinando in valetudine periculoſiſſimâ accerſito, duûm Septemvirum Imperii Princi-

pum Saxoniæ Mauritii & Auguſt. fratrum per annos XXX. Medico fideliſſimo: in ſtudioſos & pauperes etiam perliberali ac publ. optimarum artium ſtudia munifico: propter pietatem verò & integritatem, comitatem, & gratificandi ſingularem promptitudinem omnibus charo, cùm vocante DEO ex hac vita & functione ad finem uſque laborioſiſſ. cum luctu bonorum magno ſui deſiderio relicto exceſſit: conjux, fratres fratriſque liberi hæredes marito amantiſs. fratri chariſs. patruo obſervando præclarè de ſingulis merito hoc monumentum gratitudinis & ſempiternæ memoriæ ergò conſecrarunt.

*Vixit annos* LXXIV. m. x. d. VI.
*Moritur anno* M.D. LXXIV. Iul. d. VII.

---

A.S. 1574. JOACHIMUS CAMERARIUS, Papebergenſis, ☉ an. Chriſti M.D.LXXIV. d. 17. April. commendans ſeſe immenſæ miſericordiæ divinæ in fide Jeſu Chriſti Salvatoris generis humani, cùm vixiſſet annos LXXIV. d. V.

---

A.S. 1575. Nobili, variâque eruditione utriuſque linguæ monumentis claro viro GVILIELMO CANTERO, qui XXXIII. ann. natus minùs LXVI. diebus, obiit XV. Cal. Iunii, Anno 1575.

*Fratri ſuo chariſſimo Theodorus Canterus poſ.*

---

A.S. 1575. D. O. M.

HADRIANO JUNIO Hornano, Philoſopho, Medico & Poëtæ celebert. Bataviæ Hiſtorico fideliſs. cujus in omni diſciplinarum genere exquiſita eruditio, ſingularis induſtria, infinitæ lectionis præſtantia, multiplex linguarum ſcientia, pari conjuncta comitate, doctorum omnium admirationem laudemque meruit: poſt varia incomparabilis ingenii monumenta, quibus æternam ſibi memoriam comparavit, ſub hoc marmore condito, patri optimè de ſe meritò Petrus Junius mœſtiſs. pietatis ergò p.c. Vixit annos LXIII. Obiit XVI. ſibi cognominis menſis, Anno Salutis humanæ 1575.

*Middelburgi.*

---

A.S. 1575. HENRICI BVLLINGERI honorarium, à Th. Beza p.

*Doctrina ſi interire, ſi pietas mori,*
*Occidere ſi candor poteſt:*
*Doctrina pietas, candor, hoc tumulo jacent,*
HENRICE *tecum condita.*
*Mori, ſed abſit, illa poſſe dixerim;*
*Quæ vivere jubent mortuos.*

Imò

*Imò interire forſan illa ſi queant,*
*Subireq; tumuli ſpecum:*
*Tu tu illa doctis, tu piis, tu candidis,*
*Et non mori certiſsimis,*
*Tenaci ab ipſa morte chartis adſeris,*
*Ipſo probante numine*
*Fœdus beatum! mortuum illa te excitant,*
*Et tu mori illa non finis.*
*At hunc, amici, cur fleamus mortuum,*
*Qui vivit aliis, & ſibi?*

⊖ anno 1575. 17. Sept. æt. 71.

*Tiguri.*

A.S.1576. JOHANNI STEINIO Germano, Græcæ Latinæque linguæ, omniumque artium & inprimis Mathematicarum diſciplinarum, ut ipſius ſcripta teſtantur, peritiſs. præmaturâ morte ſurrepto, Antonius Secundus Fuggerus propter doctrinam & virtutem hoc M.F.C. Obiit Anno 1576. 16, Kal. Maii.

*Antverpiæ.*

A.S.1677. Monumentum ACHILLIS PIRMINII GASSARI, Lindavienſis, Medicinarum Doctoris: qui cùm LXXII. ann. completè vixiſſet, in Chriſto obdormiens, Augsburgi hoc loci ſepultus eſt, An. Sal. M.D.LXXVII d. IV. m. Decembr. ſuisq; commune eſſe voluit.

A.S.1578. D. O. M.

CORNELII VALERII Ultrajectini oſſa heic condita & conſummata: nomen adſcribere aliena pietas voluit. An aliena tamen? à Diſcipulo venit, & quantus ille, cui venit! meruit: juventutem Belgicam ore & ſtilo in Collegio trilingui docuit, non minùs diſertus utilisque, poſtquàm loqui deſiit: quàm clarus & æternus, poſtquàm ſcribere. Georgius ab Auſtria Propoſitus hujus Eccleſiæ & Acad. Cancellarius, neglectum 32. an. monumentum Præceptori p.c. cIɔ. Iɔ cx.

*Vixit annos 66 docuit 21. Obiit 1578. 3. Eid. Sextil.*

A.S.1578. Memoriæ Sacrum.

MARGARETHÆ DOVVGLASIÆ, Matthæi Stuarti Levenoſiæ Comitis uxori, Henrici VII. Angliæ Regis ex filia nepti, potentiſſimis Regibus cognatione conjunctiſſimæ, Iacobi VI. Scotiæ Regis aviæ, matronæ ſanctiſſimis moribus, & invictâ animi patientiâ incompatabili P.

A.S.1578. JOHANNI HARTUNGO, Miltenburgenſi Oſto-Franco. Philoſopho eximio, Græcarum literarum in Academia hac Friburg. xxx. ampliùs annis Publ. Profeſſori, ejusque ſingulari ornamento, Senatus Acad. ob pietatem præclaraque ejus in Rempubl. literariam merita, gratitudinis & officii ergò hoc monumentum p. Qui vivens hoc ſibi ipſi Epitaphium ſcripſit:

Πολλὰ καμὼν ϗ πολλὰ παθὼν ἐν παιδοδιδάσκειν ;
Ἐνθάδε νῦν κεῖμαι σὺν Θεῷ ἡσύχιος.

---

A.S.1579. Poſteritati S.

JOHANNES STADIUS Belga Brabantus
h. ſ. e.
Tanti illius viri cineres heic adſpectas Viator;
ſed cineres: famam enim, quæ cœlum ſpectat & ſolum, non vides.
eumpſe mortuum heic legis in buſto, qui per ora virûm
vivos ſpirabit perpetim.
Certè ille ipſus eſt STADIUS, quem potentiſſimi Hiſp. & Galliæ
Reges maximis ſtipendiis evocatum, & ad profeſs. clariſs.
art. adſcitum honorarunt, Grudii & Pariſii docentem
audire boni omnes, docti omnes præſentem
amavêre, abeuntem complanxêre.
Si tu horum es, Lector, flores inſparge marmori, vel potiùs
lacrymas magno funeri mollibus votis,
bonis verbis adprecare.
Vixit an. 52. menſ. ferè 2. Obiit 15. Kal. Quintil. Anno 1579.
in maxumâ Galliarum.
Juſtus Ryckius ex filia N. AVO b. m. l. pp.

---

A.S.1580. Cæſarauguſtæ. HIERONYM. SVRITA Hiſtoricus Aragonenſ. ſepultus, ad cujus tumulum Jacobus Falco Eques Vicentinas Poëta & Mathematicus ſummus, diſtichon ſequens, retrogradum adſperſit:

*Ingenium & Candor SURITÆ vivet, opinor,*
*Vivet dum mundo Carmen & Hiſtoria.*

Obiit iſte SURITA III. IX. Nov. cIc.Io LXXX. ut ex Epit. Cæſaraug. poſitum.

A.S.1580. Nobilitate Literatæ S.

HIERONYMO WOLFIO Oetingenſi, ex Pincernarum Svveinſpaindenſ. qui in primis autoribus Cæſarienſis Cœnobii numerantur, legitima ſtirpe oriundo, in quo & fratre Heinrico Norimb. Archiatro illa ipſa exſtincta eſt: Socrati Suevico, Græcè Latineq; doctiſſimo: Chriſtianæ Philoſophiæ & Eloquentiæ Principi: viro ad ſcribendum, dicendum, docendum nato: antiquæ virtutis & fidei germanicæ exemplari: præceptori optimo, & amico maximo: ſex Hainzelii fratres germani, Joh. Baptiſtæ F. F. publicè debitum privata pietate M. p. p. Ob. A. C. N. cIɔ Iɔ xxc. poſtr. Non. Octob. H. I. P. M. Vixit cœlebs LXIV. d. LV. h. XIX. Annæo Gymnaſio & Bibl præfuit ann. XXIII. multiplicium divini ingenii monumentorum Europam atque Aſiam hæredes reliquit.

Τοῖς παισιν ειπε χρήσιμα: μεγάλη χάρις αὐτῷ.

A.S.1581. IOHANNIS GIGANTIS Northuſani.

*Hic jaceo mundi ſatur: aſt anima incolit aſtra;*
*Sanguis, Chriſte, tuus, gloria ſpesq; mea eſt.*
Obiit Suidniciii in Sil. A. Sal. 1581. 12. Iul. æt. 67.

Hac placidè LVCAS requieſcit LOSSIVS urnâ,
Parte cinis terræ, quâ levis ille fuit.
Pars melior vivens cœli mens incolit arcem
Inter, qui multos erudiêre, viros.
Qui pubi decies quinos atque ampliùs annos
Tradidit hic artes cum pietate bonas.
Edidit & facili qui ſimplicitate libellos
Non paucos Chriſti, Pieridumque ſcholis.
Finibus Haſſiacis memoroſis natus, & agris,
Vacham, quâ præter, clare Viſurge, fluis.
Hæc ubi cognôris, quo te via ducit euntem,
Lector abi & felix, vive, valeque diu.
*Vno ante obitum anno ſibi f. Obiit Luneburgæ Anno Sal. 1582. 8. Iul. ætat. 77.*

A.S.1581 Pariſiis in S. Andreæ.

CHRISTOPHORO THUANO Aug. F. Jac. N. Equiti, omnibus per toga muneribus, ſumma cum eruditionis, integritatis, prudentiæ laude perfunctus, ampliſſimique honores ſub Franc. I. Henr. II. Car. IX. Hen. III. Chriſtianiſs. Regibus conſecutus, Senatus Paris. Præſes, dein Princeps, Sacri Conſiſtor. conſiliarius, mox Hen. tūnc Aurel. ac demum Franc. Andeg. Cancellarius, tandem, cùm de judiciario ordine commendando, quæſtura,

regno fraudibus ac rapinis vindicando, & Scholarum Diſciplina reſtituenda cogitaret, nulla inclinatæ ætatis incommoda antea expertus, ex improviſa febri deceſſit, uxor liberique mœr. P.P.

*Vixit ann. LXXIV. D. V. Obiit ann. Sal. cIↄ Iↄ. XXII.*
*Kal. Novembr.*

---

A.S.1583. Perpetuæ memoriæ NICOLAI CISNERI, Mosbacenſis, I. C. ſuâ ætate clariſſimi, qui primùm Heidelbergæ magnâ cum laude docuit: dein Spiræ Adſeſſor: tandemque in ſupremo Palatinatûs Iudicio Projudex cum omnium admiratione jus dixit: hæredes grati, curante juſto Reubero Iureconſulto, poſuerunt. Vixit annos 53. m. 11. d. 6. Obiit prid. Non. Mart. poſt ANNAM HARTMANNAM conjugem m. 4. d. 20. & cum ea hoc ſepulcrum ſibi commune eſſe voluit.

---

A.S.1583. Conditum hîc eſt corpus ZACHARIÆ URSINI, Vratislavienſis, Theologi ſinceri, propulſatoris hæreſium de perſona & cœna Chriſti, voce & ſtylo acerrimi, Philoſophi acuti, viri prudentiſs, moderatoris juventutis ſeveri, evocati ex hac vita anno Domini 1583. æt. 49. 6. Martii.

*Neuſtadii Nemetum.*

---

A.S.1584. Mediolani CAROLI CARD. BOROMÆI in æde Cathedrali.

CAROLVS CARD. BOROMÆVS
Tituli S. Praxedis, Archiepiſcopus Mediolani
frequentioribus Cleri Populique
Ac devoti fœminei ſexûs precibus, ſe
commendatum cupiens,
Hoc loco ſibi monumentum vivens
elegit.
Vixit ann. XLVI. M. I. D. I.
Præfuit Eccleſ. Mediolanenſi ann. XXIV.
Mens VIII. D. XXIV.
Obiit III. Non. Novembr. An. M. D. LXXXIV.
Humilitas.

---

A.S.1584. ABRAHAMI BUCHOLTZERI Epitaphium,
ab ipſo ſcriptum, quod etiam ſepulcro
ſuo incidi voluit.

*Hîc pie CHRISTE, tuo recubat quæſita cruore,*
*Inque tuo gremio parvula dormit ovis.*

Reddi-

*Reddidit hæc animam balanti voce fidelem;*
*Huic Paſtor dicas: intret ovile meum.*

Sepulcri ſui columnam exovis perditæ inquiſitione deſiderabat BUCHOLTZERUS. Votum hoc ratum eſſe voluit DEUS. Nam eo ipſo die terræ demandatus eſt, quo parabola Evangelica de ove perdita Eccleſiæ publicè explicabatur. *Obiit anno* 1584. 4 *Iun. æt.* 55.

A.S.1584. Auff den 14. tag Maji / Anno 1584. ſtarb des Edlen vnd Veſten Johan Conrad von Vhorburg Sohn / Hans Georg genant. R. I. P.
Telamontii.

A.S.1585 REMBERTO DODONÆO, Machlin. D. Maximiliani II. & Rodolphi II. Impp. Medico & Conſiliario, cujus in re Aſtronom. herb. eruditio ſcriptis inclaruit, qui jam ſenex in Academ. Lugdun. apud Batavos publicus Medicinæ Profeſſor feliciter obiit anno CIƆ IƆ LXXXV. ad VI. Id Mart. ætat. ſuæ LXVIII. Rembertus Dodonæus fil. m. p.

A.S.1585. IOHANNES CRATO à Craffthcim
hoc ſibi fecit Epitaphium.

*Saucius invidiæ morſu: ſed vulnere ſanus,*
*Chriſte, tuo, jacet hic in requiete CRATO.*
*Conſcia mens recti, Chriſto confidere docta,*
*Omnia fert, ferat ut, ſcire Deum, ſatis eſt.*

Vratislaviæ, Anno 1585. 9 Nov. ætat. 76.

*Trium Imperatorum* ἀρχιατρὸς *fuit, Ferdinandi, Maximiliani, & Rodolphi, nempe patris, filii & nepotis: id quod ipſe divinæ gratiæ atque felicitati acceptum retulit, & his Verſibus declaravit, quos paulò ante obitum incidendos in æs curavit, quod effigiem ipſius continet:*

Cæſaribus placuiſſe tribus, non ultima laus eſt:
Me pater hac ornant, filius atque nepos.
Conſiliis uſum rectis mens conſcia gaudet:
Teſtis & ars Medica; teſtis & invidia.

A.S.1585. *Vir doctus egregiè & pius vir*
*Amabili ERIDERICUS ingenio WIDEBRAMUS,*
*Docendo qui navavit operam Eccleſiis*
*Diù & ſcholis, defenſaq; tulit carcerem*
*Ob vera & exilium: hic quieſcit.* 1585. d. I. Maii.

Viro

A.S.1585. Viro clariſſimo, pietate, virtute & doctrinâ præſtantiſs. DN. AMBROSIO LOBWASSERO, I. V. D. Illuſtriſs. Principis Boruſſiæ Conſiliario atque Profeſſori, qui obiit 27. Nov. Anno 1585. cùm vixiſſet annos 70. menſ. 7. dies 22. in memoriæ immortalitatem, amoriſque ſingularis, & gratæ mentis ſignificationem, poni curavit Michael Lobvvaſſer.

Beatæ animæ, & depoſitis hîc eandem ad ſpem corpuſculi exuviis CATHARINÆ BVRCKARDÆ, D. Franciſci Burckardi Vinarienſis filiæ, æt. 37. conjugii 12. hoc ipſo, ubi nata erat, loco, defunctæ: conjug. caſtiſs. & opt. ſupra complures abortus duorum filiorum & totidem filiarum matri: Matthæus Weſenbecius maritus, & ſuperſtites liberi, Victorinus, Catharina, & Anaſtaſius dolentes m. p.

*Conjugis hoc tumulo poſuit WESENBECIUS oſſa:*
*Vita cui & nomen pura pudensq́; fuit.*

A. S.1586. MATTHÆVS WESENBECIVS
ſibi ante obitum tale compoſuit
Epitaphium.

*MATTHÆUS placidâ ſopitus pace quieſco*
*Juſtitiæ & juris præco WESENBECIUS.*
*Vita mihi ſtudium fuit, impenſiq́; labores,*
*Et dolor gemitus, aſſiduæq́; preces.*
*Jova Pater miserére mei, miserére meorum:*
*Solius in Chriſti ſanguine noſtra ſalus.*

Obiit Anno 1586. 5. Iun. ætat. 55.

A.S.1593. Quod vixi in carne, in fide vixi Filii Dei; quòd dilexit me, & tradidit ſemet ipſum pro me. *Gal.* 2.

MARTINUS CHEMNITIUS, S. Th. Doctor, & Eccleſiæ hujus ſuperattendens, naſcitur in Marixiæ Priza Anno Chriſti 1522. die Novembris nono, horâ 12. minuto 47. poſt meridiem: moritur Brunſvvigæ Anno Chriſti 1586. 7. April. horâ 12. noctis.

GVALTHERVS tumulo jacet ſub iſto,
Natus unicus optimi parentis,
Et decus Patriæ & corona Patris.
Quem quamvis Patria & Pater RODOLPHVS
Ereptum Patriæ dolent & orbi:
At gaudet Patria & Pater, ſolutum
Curis, & miſeræ labore vitæ,
In vitæ & patriæ ſolum perennis,
Et dulces Superûm choros receptum.
Nam qui Chriſtum amat unicè colitque,

Huic

Huic eſt vita mori: morique vita:
Et ſolvi volupe eſt, Deoque necti.
Θ. *anno* 1586. 25. *Nov. ætat.* 67. *vel* 74.

A.S.1586. STEPHANUS Magnus Rex Poloniæ Magnusque Dux Lithvaniæ, Princeps Tranſſylvaniæ, Victor Triumphator, Pater Patriæ, Stephano Palatino, Catharinaque Telegdia, natus Anno 1533 Idib. Decembr. V. Kal. Octobr. exceſſit 1586. Idib. Decemb. Regnavit annos 10. menſ. 7. d. 12. judicia conſtituit: Livoniam, Poloniam, Provincias recepit: fines Lithvaniæ latiſsimo Velienſi agro adjecto protulit: perterritis, Mahomete primùm, ac deinde Aſchlam, Chereis, Tartarorum Chamis, Podoliam pacatiorem cultioremque reddidit: Amurathem Turcar. Imperatorem, ut Tartaro pacem legatione miſsâ peteret, & Benderia à Koſacis deleta, nihil moveret, novaque Caſtella finib. imponi pateretur, opinione virtutis permovit continuitque. Stipendium majus Tranſſylvaniæ Imperium ineunti Sigiſmundi fratris filio impuberi imponere molientem deterruit. Ianiculam Valachiæ Regulum ob injurias, quas vicinæ nobilitati intulerat, dejicere adegit: Theſaurosque, qui cum ipſo Valacho in poteſtatem ſuam venerant, repentè ſprevit. Omnium Regum, Principum, populorum, nationumque cùm ora in ſe convertiſſet: majora pro Re hac publicâ & Chriſtiana animo agitans, ac imprimis Moſchoviam, Poloniæ, Lithuaniæque aggregare ſtudens, ſextâ die ſubitrò extinctus eſt. ô Mors invida! Non extinxiſti virtutem Batoream, immortalis eſt!

*Stephano Poloniæ Regi Victori Triumphatori, pio Patri Patriæ, &c. Iohannes de Zamoiſcio Cancellarius & ſummus Dux exercituum Regni, &c. vitâ, quam ſaluti gloriæq; ejus, omnibus bellis periculiſq; devoverat, Deo, non ſe, ita volente, ſuperſtes, has lacrymas cum Chryſelide Batorea uxore ſua, Regi, patrono, affiniq; ſuo fundit.*

Viveres STEPHANE, maximè viveres,
Nec Polonia, Vngariaque, ac
Nomen Chriſtianum lugeret,
Nec improbi Barbari gauderent,
Sed vivit Deus, haud ſolito exultabunt gaudio.

A.S.1587. *In Chriſto vixi, morior vivoq;* WIGANDUS:
*Do ſordes morti: cætera, Chriſte, tibi.*
Ipſe ſibi f. Obiit Anno 1587. 11. Octob. æt. 64.

A.S.1587. CASPARUS OLEVIANUS, Trevirenſis, SS. Theologiæ Doctor, & Eccleſiæ hujus Paſtor, qui 15. Martii Anno 1587. in Domino placidè expiravit, hîc conditur.

*Herbornæ.*

A.S.1587. Epitaphium lectiſs. fœminæ, MARIÆ COVETÆ,
Pariſienſi, conjugi D. Danielis Toſſani,
p. à familia cum lacrym.
*Si virtus dira poſſet fera ſpicula mortis*
*Effugere & mæſtas funeris exequias;*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Muſica ſi dulcis, morum ſi mira venuſtas,*
*Et pietas caſtæ juncta pudicitiæ:*
*Non hoc tu mater tumulo contecta fuiſſes,*
*Conjuge deſerto, pignoribusq; tuis.*
*Sed quum te morum vitæq; exemplar haberent,*
*Exemplar ſanctæ nunc quoq; mortis habent.*

Obiit anno Chriſti 1587. Mart. 28. ætat. 43.
Vixit cum marito 22. ann.

A.S. 1588. Argentorati literis inauratis Monumentum.

R. Illuſtris ac Generoſi Domini, Dni. GEORGII à SEIN, Comitis in Wittgenſtein/ Domini in Homburg &c. Qui Eccleſiarum Colon. Præpoſitus, Trevir. & Argent. Canonicus, propter Doctrinam, Prudentiam, humanitatem ſingularem & Collegis ſuis & aliis bonis omnibus charus fuit, tandem verò Pontificio bruto fulmine, propter religionis puræ profeſſion. cum ſuis Collegis illuſtribus ac piis iniq; vexatus, conſtanter Pontificiorum conatibus reſtitit, donec ætatis ſuæ Anno LX. in Chriſto piè & placidè obdormivit VI. Iulii An. M.D. LXXXVIII.

DEVS NOSTER.

*Mi ſatis eſt unus cum nomine Chriſtus honeſto,*
*Has retinens alias ſperno, beatas opes.*

T.H.B.

A.S. 1588. ANTVERPIÆ IN CATHEDRALI B. MARIÆ SACRAR.

D. O. M.

D. CAROLO V. Imp. Aug. P. P. Qui cum Ann. XXXIX. ſumma cum Laude rerum gubernacula tenuiſſet, tandem maximis terra, marique partis victoriis, poſt abdicatum Imperium ætatis anno LVIII. in divos relatus eſt die XXI. Sept. Anno Chriſti M.D. XXXVIII. S.P.Q.A.

*Honorificentiſſ. heic perſolutis juſtis, bene merito gratitudinis ergò*

Dic.

A.S. 1588. D. O. M. S.

PETRI MONAVII, Vratiſlavienſis, patriciâ familiâ nati, S. Cæſ. Majeſt. Medici, viri trium linguarum & bonarum omnium diſciplinarum cognitione cum ſingulari pietate conjunctâ, clariſs. memor. Obiit anno M. D. LXXXVIII. XII. Maji, ætat. XXXVII.

Exer-

A.S.1588.

Exercituum Ductori
S.
PETRUS BEUTRICHIUS Monbelgardenſis,
cùm
gentis ſuæ hon. tenuitatem virt. & erudit. famâ
illuſtraſſet:
prud. & integritatis laudem ex variis legationibus
retuliſſet:
Francorum Regem liberas voces ferre ac perferre,
docuiſſet:
Helvetium militem induſtriè
conſcripſiſſet:
Gallorum cohortem per hoſtes infeſtos
Bonnam perduxiſſet:
apertis, occultisque inimicorum machinis invictus,
ſub ipſa Navarre expedit.
contra
impiæ conjurationis Tyrannos ſuſcept r, initia
à ter M. Imp. lectus
emigravit
cIↃ IↃ XXCVIII. prid. Eid. Febr.
ætat. XLII.
Johannes Caſimirus C. & Admin. Pal. Bavariæ Dux
Conſiliario, Legato, Tribunoque meritiſſ.
P.

*Inſignis fuit παῤῥησιαστὴς, ut Regi Galliæ pacem cum Hugonotis colere cunctanti juſſu Caſimiri Pal. in os diceret:* Aut pacem cole, aut periculum exſpecta. Dominus equidem meus non perdendi Regni, ſed defendendæ reformatæ Religionis causâ huc venit. Cæterùm, niſi paciſcaris cum ſubditis tuis, res eò deventura eſt, ut optes quidem pacem, quam tamen non impetrabis, &c. *Vid. ſupplem. Eccl. hiſt.*

A.S.1588.

S. Chriſto S.

JOHANNES WIERUS, Nobili Zelandiæ inundatæ familia ortus, pietate in Deum, probitate erga quosvis, eruditione eximiâ, Medicinæ, rerumque politicarum ſcientiâ, uſu, felicitate, publicis ingenii monumentis, Imperatorum Caroli V. miniſterio, Ferdinandi, Maximiliani & Rodolphi ſingulari gratiâ, magnorumque per Germaniam, exterasque nationes virorum amicitiâ & teſtimoniis clariſſimus: Illuſtriſſimi Cliviæ & Iuliæ Ducis Guilielmi Archiater; Deo, Principi, & Patriæ fide, conſilio & operâ ad

vitæ ſuæ finem devotiſſimus. Quum illuſtrem Dominum Arnoldum Comitem in Bentem, & Teckelenborch ſummo gratificandi ſtudio inviſeret, hujus ſeculi ſatur, invictâ in Chriſtum fiduciâ, placidè animam Deo reddidit, corpus hîc ad diem univerſalis reſurrectionis depoſuit, & mœſtiſſimum ſui deſiderium ſuperſtitibus filiis, Theodorico, Heinrico, Galeno, & Iohanni Wieris reliquit. Anno nati Chriſti 1588. menſ. Feb. d. 24. anno ætatis ſuæ 72.

*Vive, ut vivas.*

A.S.1589.

GEORGIVS cubat ſepulcro hoc SOHNIVS,
Vir doctus, integer, modeſtus, & pius,
Conſtansque veritatis aſſertor. ſcholis
In inclytis, Marpurgiana & altera
Noſtra hac, Deo Muſisque grata, liberûm
Senûm pater, tùm naſcituri poſthumi.
Quanto dolore conjugis mœſtiſſimæ
Lapis ſit iſte poſtus, ipſa noverit,
Partum ante quæ parem maritum amiſerit,
In copia tenellulæ prolis pari.

*Obiit anno* 1589. *m. April. d.* 23. *æt.* 38.

A.S.1589.

D. O. M. S.

CHRISTOPHORO PLANTINO, Turonenſi, civi & incolæ Antverpiano, Architypographo Regio, pietate, prudentiâ, acrimoniâ ingenii, magnâ conſtantiâ & labore maximo; cujus induſtria atque opera, infinita opera, vetera, nova, magno & hujus & futuri ſeculi bono in lucem prodierunt; Iohanna Riviera conjux & liberi hæredesque, illa optimo viro, hi parenti, mœſti poſuerunt. Tu qui tranſis, & hæc legis, bonis manibus benè precare. Vixit annos 75. deſiit hic vivere Kal. Quint. Anno 1589.

A.S.1589.

Magni LVDOVICI GVIC. Patritii Florent.
verè magni Franciſci Guicciard. Nep.
quem gemma orbis Belgica
& urbium urbs Antverpia
ſortita eſt Hiſtoriographum,
temporaneum monumentum hîc habes
Viator,
quod Franciſcus Svvertius f.
viri de poſteritate h.m. poſ.
donec nobil. Florentina natio,
dignum cive,
marmoreum & æternum erigat epitaphium.
Obiit XI. Kl. April. cIɔ Iɔ LXXXIX.
ætat. ſuæ LXVI.

*Antverp.*

Auff

A.S.1589. Auff den 28. Maji Anno 1589. ſtarb des Edlen vnd Veſten Johann Conrad von Vohrburg Sohn/ HANS CHRISTOFF genannt. Deme GOtt der Allmächtig gnädig ſey.

Telamont.

A.S.1589. *LAMBERTVS HEEMIVS Pithopœus hîc jacet:*
*Qualis, rogas? Vir doctus, pius, integer.*
Hermanus Wittekindus Weſtphalus Profeſſor
Mathematum ſcripſit, anno 1589. 24. April.

HIERONYMI hîc ſunt condita oſſa ZANCHII.
Itali exulantis Chriſti amore à Patria:
Qui Theologus quantus fuerit & Philoſophus,
Teſtantur hoc, quos voce docuit in ſcholis:
Quique eum audiêre docentem Eccleſias.
Nunc ergo quamvis hinc migrârit ſpiritu:
Claro tamen nobis remanſit nomine.
*Obiit anno Sal.* 1590. 19. *Nov. ætat.* 75.

A.S.1590. *Juſtificantes multos ut ſtellæ in ſempiterna ſecula erunt.*

JOHANNI AURIFABRO Uratislav. S. Th. D. & Eccleſ. hujus (*Vratisl.*) Paſtori: Acad. Witemberg. & Roſtoch. quondam Profeſſori: ante reditum verò in Patriam Samlandiæ Pomeſſianæque in Boruſſia per plures annos Præſidi: viro puræ Religionis ſtudio & totius Philoſophiæ, inprimis verò Matheſ. ac lingg. præcipp. cognitione cl. vitâ in his terris ann. 51. m. 7. d. 17. honeſtè & laudabiliter actâ: Anno verò 1568. d. menſ. Octobr. 19. ſuperſtite conjuge Sarâ, Ioan. Heſſi Theol. D. filiâ: quæ quadriennio pòſt relictis quatuor filiis & duabus filiabus diem ſuum obiit; feliciter & ſanctè mortuo: Laurentius Scholtzius Vratisl. Phil. & Med. D. ſocero & ſocrui opt. hîc conditis, officioſæ pietatis ergò p. Anno 1590.

*In memoria æterna erit juſtus.*

HERMANNVS WITEKINDVS
ſibi f.

*Quis hîc cubem, nihil tua*
*Noviſſe refert: ſcit DEVS.*
*Curatq; : tu quin hoc agis,*
*Teq; ad benè cubandum paras.*

*ANTONII SADEELIS,*
*à Iacomoto ſcriptum.*

Herba quid hîc nulla eſt? hoc flores ceſpite nulli?
Sola quid hæc viridi gramine buſta carent?
Hîc tamen, aut fallor, SADEELIS cerno ſepulcrum:
Illius hoc tumulo molliter oſſa cubant.

Heu heu Pierides plenis modò candida dextris
Lilia ferte ſimul: veſter alumnus erat.
Ferte roſas Charites: ramos fer Pallas olivæ,
Ocyùs huc lauros fer quoque Phœbe tuas.
Quid? vellent Charites, Muſæ & cum Pallade Phœbus
Omnibus hæc aliis buſta virere magis:
Sed ſtudium hoc vetat unda, piis quæ plurima creſcit
Fletibus atque ſuper grandior uſque natat.
Nam non ſola ſuo conjux viduata marito,
Sola neque hîc ſoboles lacrymat orbe patre:
Nec cineres tantos triſti quæ condidit urnâ,
Planctibus aſſiduis ſola Geneva rigat.
Hîc quoque mœſta ſuos miſcet Germania fletus:
Hîc miſcet lacrymas Gallia tota ſuas.
Hîc ſimul Oeceano diviſa Britannia plorat:
Plorat & hîc pietas, veraque Religio.

*Obiit anno Sal. 1591. 23. Febr. æt. 57.*

A.S.1594. Honorabili Domino
GUILIELMO REGINALDO, aliàs Roſſæo,
pio exuli Anglo,
viro doctiſs. & hujus Eccel. (*Antv.*) miniſtro.
Obiit
XXIV. Auguſt. Anno CIↃ IↃ XCIV.
*In te DOMINE ſperavi.*

A.S.1594. Auff den 3. Octobr. Anno 1594. ſtarb des Edlen vnd Veſten Hans Conraden von Vhorburg Tochter/ Anna Margaretha genant. Dero Gott gnädig ſeye.

Telſperg.

A.S.1595.

*Hic ſitus eſt Doctor VVHITAKERVS, Regius olim*
*Scripturæ interpres: quem ornabat gratia linguæ*
*Iudiciiq; acies, & lucidus ordo: memorq;*
*Pectus, & invictus labor, & ſanctiſſima vita.*
*Vna ſed en tuit virtus rariſsma tantas*
*Ingenii inter opes ſubmiſſio candida mentis,*
*Hujus Gymnaſii ſuper annos octo magiſter*
*Providus, & recti defenſor, & ultor iniqui.*

Obiit anno Sal. 1595. 4. Decembr. ætat. 47.
*Cantabrigiæ.*

A.S.1595. Romæ in S. Onuphrio in Ianiculo.

D. O. M.

TORQVATI TASSI oſſa hic jacent
hoc ne neſcius eſſes,
Fratres hujus Eccleſiæ Poſſ.
anno M.DC.I.
Obiit anno M. D. XCV.

Aliud

Hoſpes quicunque es,
Si Muſarum hoſtis non es,
aſſiſte & lege,
hic te vult lapis
TORQVATI TASSI
Monumentum heic vide
Nec vide tantum ſed venerare & cole.
Plura meretur quam Pietas poſſit tua.
Saltem quod potes meritò & libens dato.
Eheu! ſic periit,
Mel illud Charitum,
Medulla Muſarum,
Flos ingeniorum?
Quic dicam ultra?
Vltimus Naturæ labos.
Bonifacius Card. Bevilacqua
heroi æterno
Cippum hunc utinam æternum!
ex voto D.D.L.

Qua Torquate, jaces, tecum tumulantur in urna
Barbitos, Euterpe, Pallas, Apollo, Lyra.
Taſſum ſi cupis integrum videre
Taſſi perpetuos legas libellos.
Iuſtus Ryckius Canon. Gandenſis.

A.S.1596. V. Cl. FRIDERICO SYLBURGIO, Wetterano Haſſo, Græcæ Ling. inſtauratori accuratiſſimo, Philoſophicorum æquè ac Hiſtoricorum Scriptorum Anagnoſtæ diligentiſs. nimiis tandem vigiliis ac typographicis laboribus conſumto, & die Febr. vet. 16. A. C. 1596. ætat. 60. è vivis Heidelbergæ erepto, monumentum hoc memoriæ & honoris ergò fieri fecit hæres.

A.S.1597. *Soliis in Prægallia.*

Deo optimo Max.
benedicente.
Clariſs. Vir BAPTISTA ex Illuſtri SALICÆORVM
familia, Patre Andrea X. Novembr.
Anno Salutis M. D. XXI. natus
Religionem veram profeſſus.
ANNA ejus uxore, ex Patre Friderico Saliceo nata,
& unico filio BAPTISTA lachrymantib.
XIII. Novemb. Anno M. D. XCVII.
occubuit.
Prudens in Toga, in armis ſtrenuus,
Patriæ fidelis, ejus cauſa ſæpius Legatus,
Equeſtri dignitate ornatus,
Summus in Vulturena Gubernator,
Omnibus ferè Patriæ muneribus functus,
Deo tandem ſpiritum commendavit:
ejus cadaver novo iſto monumento
quod filius pro ſe ſuiſque Poſteris faciendum
curavit, clauditur.

A.S.1597. Aureliæ in Gallia in Capucinorum Cœmiterio,
inter alia plura hoc legitur
Epitaphium.

D. O. M.

Et æviternæ memoriæ H. F. MARIÆ BEAUHARNOIS Aurelianen. quam D. B. I. recens amor opportuno connubio ſociarat, ſeptimo poſt die ſiniſtris auſpiciis præmatura mors importuno fato diſſociavit. Hem crudeles Fortunæ vices! quæ dulces votorum exitus occaſu triſti prævortitis & felicem thalamum ocyus infelici tumulo commutatis! Hem fructus nuptiarum & ſpes liberûm! Vixit ann. XVIII. Men. IV. d. I. obiit XIII. Cal. Aug. Anno CIↃ IↃ XCVI. Mater & Conjunx bene & religiosè de reſurrectione cogitantes P. P.

*Meos amores habeat ſecum ſervetque ſepulchro.*

A.S.1579. JOHANNES POSTHIUS fueram, natus Germersheimii Anno Domini 1537. die 15. Octobr. denatus Anno Domini 1597. die 24. Jun.

*Heidelbergæ.*

D.O.M.

A.S.1598. D. O. M.
D. PHILIPPO II. Catholico.
Hiſpp. Indiarumque Regi,
totius Orbis Monarchæ potentiſs.
qui maximis rebus terrâ marique geſtis,
Imperio ampliſs. Luſitaniæ regnis aucto,
ac Belgicis Provinciis Iſabellæ filiæ in dotem
cum Alberto Auſtriaco datis,
ætatis LXXI. inter vivos eſſe deſiit
Idib. Sept. CIↃ IↃ IIC.
S. P. Q. Antverp. celebratis hîc honorificè
exeq. piæ ac æternæ memoriæ
conſecravit.

A.S.1598. Hîc ſita ſunt oſſa
JOACHIMI CAMERARII, Joach. F.
Medici Norimbergenſis,
qui vixit an. ······ m. ····· d. ·····
Θ, anno M. D. XCIIX.
commendans ſe immenſæ miſericordiæ
divinæ.
*Vita mihi mors eſt: Mors mihi vita nova eſt.*

A.S.1598. D. O. M. S.
JANO ANTONIO SARACENO Medico, Philiberti Med.
F. qui Lugd. natus An. Chriſti CIↃ IↃ XLVII. VII. Kal. Majas piè & liberaliter eductus edoctus
in ædib. paternis, & inclutâ Mompelio, ab Erico IV. Francorum & Navarræ Rege Chriſtia-
niſſimo in Medicum electus, per arma civilia patriâ pulſus, & parentum votis obſecutus hæ-
ſit & vixit Genevæ Allobrogum, vitâ integerrimè actâ & cum ſplendida ſobrietate: ami-
corum frequenti præſentiâ ſummè delectatus, artem Medicam ſcriptis ſuis illuſtravit, ani-
mo parturiente longè majora, ſed proh dolor! decumbens ex pulmonum incendio fatum
intempeſtivum placidè implevit anno æt. LI. menſ. VII. d. III. anno Chriſti CIↃ IↃ XCVIII.
a. d. v. Kal. Ian. magno totius civitatis & vicinorum Allobrogum luctu, ſuorumque & rei
literariæ diſpendio incomparabili, decem liberis ſuperſtitibus, ex queis ſeptem filii, tres fi-
liæ: quinque ex Maria Truchetia conjuge priore; totidem ex poſteriore, cui nomen Lu-
cretiæ Biandræ: patri optimo, pientiſſimo, Iohannes & Philibertus, hic Medicinæ, juris ille
Doctor, Lodoica item Saracena fratri longè chariſſimo & ſtudiorum olim ſocio dulciſſimo
mœrentes merenti æternum hocce animi grati & pii monumentum p.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1598. Gratæ Memoriæ S.

LAURENTIO CIRCLERO, Goldberg. Sileſ. Illuſtris. atq; Illuſtr. Sileſ. Pohem. Morav. Procerum informatori quondam induſtrio: ſcholarum inde Goldbergenſ. & Bregenſ. Rectori benè merito: Philologo atque Oratori inſigni, Religionis ſincerioris adſertori magnan. & conſtanti: viro graviſſimo ſimul humaniſſimoque: poſt labores multos variaſque peregrin. ætat. an. LXIII. compl. Argentinen. in itinere piè hîc placideque mortuo, A. C. M. D. IIC. d. 28. m. Jul. Chriſtophorus Hedvvigerus Sileſius Præceptori ſuo æt. honorando L. M. Q. P. C. anno M. DC. IX.

*Supra lapidem ſepulcralem.*

LAURENTII CIRCLERI mortale quod fuit h. ſ. e. an. 1598. profuit, dum vixit, quibus potuit: nocuit nemini.

---

A.S.1598. ABRAHAMI ORTELII, quem urbs urbium Antverpia edidit: Rex Regum Philippus Geographum habuit, monumentum hîc vides: brevis terra eum capit, qui ipſe orbem terrarum cepit; ſtilo & tabulis illuſtravit, ſed mente contemſit, quâ cœlum & alta ſuſpexit: conſtans adverſum ſpes aut metus: amicitiæ cultor, candore, fide, officiis: quietis cultor, ſine lite, uxore, prole: vitam habuit: quale alius votum; ut nunc quoque æterna ei quies ſit: Votis fave Lector. Obiit 3. Kal. Iul. an. CIↃ IↃ XCIIX. Colii ex ſorore Nepotes b. m. poſs. *Lipſius fecit,*

*In ſarcophago.*

Piæ memoriæ Sacr.

ABRAHAMO ORTELIO Antverp. Geographo Regio, fratri chariſſimo

ANNA ORTELIA, cœlebs cœlibi h. m. p. anno 1598.

*Hæc meta laborum.*

---

A.S.1598.

CASPARI ROVELASCA<br>
domo Mediol. avis, tritavis ibidem claris<br>
nato<br>
Antverpiæ urbium urbe,<br>
quam Conſul difficilimis temporibus<br>
feliciter rexit,<br>
patre Hieronymo, viro præſtante,<br>
matre Ioannâ van Valckendael<br>
præclarâ inter Vltrajectenſes ſtirpe,<br>
denato<br>
Anno CIↃ IↃ CVII. cùm ann eſſet LXVII.<br>
Nec non ELISABETHÆ VAN. KESTELT,<br>
quæ ann. LII. devixit an. CIↃ IↃ XCVIII.<br>
Conjugib. ad ann. XXXIII. concordib.<br>
parentib. benè meritis<br>
IOANNA & ELISABETHA<br>
liberi hæredesque mœſti<br>
poſs.

CARO-

A.S.1600 CAROLVS VTENHOVIVS hoc ſibi ipſe condidit Epitaphium.

*Hic & ego tandem capio ecce in pulvere ſomnum.*
*Opperiorq; diem, mea quâ mutatio fiat.*
*Namque animos redimet famulorum Jova ſuorum.*
*Ipſe creaturamq; ſuam ſervire ſuetam*
*Aſſeret à carie corruptæ molis, in ævum*
*Libertate DEI ſoboles ut honore fruatur.*
*Hæc animo ſpes certa meo atque immota repoſta eſt.*

Θανάτῳ πάντες ἀφειλόμεθα.

Vtenhoff gar aLt zV CöLLn ſtIrbt/

Gendt
Ohn endt
Bey jederman
Deß Lob wirdt han/
Daß ſie erſt bracht auff diſe Welt
Den UTENHOVIUM außerwöhlt
Von Gott/ daß er der Chriſten gmein
Ein Perlin köſtlich wer vnd rein.
Der Gottes forcht/ holdſeligkeit
Ein Spiegel war zu aller zeit.
Milt/ gütig/ frey
War auch darbey.
Der MUSEN ſchar.
Ein Zierd er war.
Im Hebraiſch
Hat kaum ſeins gleich/
Griechiſch/ Latein
War jhm gemein.
Darumb bey Keyſern/ Fürſten/ Herren
Gehalten ward in groſſen Ehren
Biß an ſein End. Sein Fleiſch/ Gebein
Allhie ſchläfft vnder diſem Stein
Sein Seel in frewd Gott bey ſich helt.
Sein Nam lebt ewig in der Welt.

*GVILH. FABRICIVS HILDANVS*
*cum mœrore & lachrymis L. M. Q. P.*

Den Leſten AVgſt: eIn GVt er VVIrbt/

VVeLChs nICht VerDIrbt.

Deo reLIgIoſè VIXIt annos ſeXaginta qVatVor, Menſes qVatVor.

A.S. 1600. Doctoris NICOLAI HEMMINGII Canonici Rœſchildienſis cineres hîc quieſcunt: qui primùm felici & laborioſâ operâ in Academia Hafnienſi artium & linguarum ſtudia multorum utilitate propagavit: Theologiæ profeſſioni adhibitus eam lucem ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis methodi brevitate & claritate attulit, ut non ſolùm noſtris, ſed cunctis Europæ doctis admirationi fuerit: fatalibus Theologorum controverſiis præter exſpectationem involutus, innocentem ſervavit Numinis benignitas: ob diuturnos in ſchola labores grato feliciqúe otio donatus ſenex, ſatur vitæ mortalium curas contemſit: Deo Servatori ſpiritum firmâ fide commendans moritur anno 1660. die 23. Maji: Vidua & hæredes benè merito poſuêre, &c. *Aetatis* 87,

A.S. 1601. Argentorati in ſacello S. Catharinæ

C. S. S.

FRANCISCVS

HENRICI Iun. Fil. ERNESTI nepos Dux Brunſvicenſis & Lunenburg. Eccl. Colon. & Argent. Canon. & Viced. Princeps Bello paciqúe natus, ob ſingularem humanitatem omnibus charus, fallaci torrentis Renchæ incremento non ſine multorum ſuſpiriis XXIV. Decembr. Anno M. DC. I. Maximum ſui deſider. rebus in Alſatia ſatis perturbatis relinquens ex improviſo abſorptus heic quieſcit ætat XXIX. M. VI. d. XIIX.

A.S. 1602. ELISABETHÆ Angl. Reg. Epitaphium.

M. S.

Religione ad primævam ſinceritatem reſtaurata, pace fundata, moneta ad juſtum valorem reducta, rebellione domeſticâ vindicatâ, Galliâ malis civilibus præcipiti ſublevata, Belgio ſuſtentato, Hiſpanica Claſſe profligata, Hibernia pulſis Hiſpanis & Rebellibus ad deditionem coactis pacata, reditibus utriusqúe Academiæ lege annonaria plurimùm adauctis, tota denique Anglia ditata, prudentiſſimeqúe annos XLV. adminiſtrata, ELISABETHA Regina victrix, triumphatrix, pietatis ſtudioſiſſima feliciſſima, placida morte ſeptuagenaria ſoluta, mortales reliquias dum Chriſto jubente reſurgant immortales in hac Eccleſia celeberrima ab ipſa conſervata & denuo fundata, depoſuit.

*Obiit 24. Mart. A. S. M. DC. II. Regni VL. æt. LXX.*

A..1602. Malanſii in Rhætia in Templo.

Grabſchrifft.

Andres von Salis Rudolphs Sohn/
Der aller Tugend war ein Cron/
Nach dem er zwey vnd fünffzig Jahr
Seins alters hat erfüllet gar/
Iſt er entſchlaffen ſeliglich
Bey Gott zu leben ewiglich.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auff Erden er verwaltet hat
Des Lands Veltlin Vicariat,
Auch der Malanſer Richter war
Drey Monat minder dann 9. jahr.
Er hat erzeuget in der Ehe/
Eliſabeth / Rudolph / Clephe;
Die diſen Grabſtein hieher gricht/
In Klag zu bweiſen jhre Pflicht/
Eintauſent jahr Sechshundert zwey
Man damahls zahlt im Monat Mey.

A.S. 1602

MARTINI RVLANDI, qui Lavingæ in
ſummo Templo ſepultus eſt.

*Somni fratre ſolutus in hac eſt conditus urna,*
*RVLANDVS ſenior maximus Archiatros,*
*De vita rogitas, ſuperûm de venerat .......*
*Syncerè & ſolidè ardenterq; ea cuncta peregit,*
*Sic qui vixit humo, non moriturus homo.*

In ambitu ejuſdem Epitaphii.

MARTINUS RULANDUS pater, D. Medicus Palatinus & Lavinganus. 3. Febr. Anno Salutis 1602. horâ 11. antelucanâ piè annos natus 70. obdormivit.

A.S. 1602.

**Thomas Schwicker / ohne Arm geboren / hat ihm ſelbs folgend Epitaphium, 10. Jahr vor ſeinem Tod / mit ſchönen guldin Buchſtaben mit Füſſen geſchrieben.**

O frommer Chriſt / dein lebenlang
Sag Gott für diſe Wolthat danck /
Daß er dir gab ein graden Leib /
Darumb dein g'ſpött mit niemand treib.
Denck / daß Gott auch het können dich
Erſchaffen eben gleich alß mich.
Daß ers nicht that der trew vnd fromm /
Haſt jhm deſtmehr zu dancken drumb.
Sein Zorn vnd Gnad erkenn an mir /
Thut er dir guts / danck jhm darfür.

In deinem Creutz auch nicht verzag/
Halt dich an Gott/ der kan vnd mag
Dein vnglück wenden alle tag.
Ligt zu Hall in Schwaben in der Pfarrkirchen.
begraben. 1602. æt. 61.

A.S.1602. DANIELI TOSSANO, Petri filio, Mompelgardenſi, S. Theologiæ Doctori, & fideli Chriſti ſervo, veritatisque cœleſtis explicatori & Profeſſori induſtrio, acrique ejuſdem propugnatori, tum Aureliæ in Galliis, tùm in Palatinatu Germaniæ ad Rhenum, partim Neoſtadii, partim Heidelbergæ per annos fermè 40. viro, pietate ſtudio orthodoxæ Religionis, eloquentiâ, judicii dexteritate, vitæ integritate, humanitate, benignitate erga omnes, inprimis erga fidei conſortes præcellenti, piè & ſanctè in vera DEI invocatione, & Chriſtiana fidei confeſſione, poſt fructuosè exantlatos honeſtiſſimæ functionis labores, mortuo 4. Idib. Januarii, anno Chriſti M. DC. II. cùm vixiſſet annos LX. menſ. V. d. XXVI. filii & generi ſuperſtites hoc monumentum ponendum curaverunt.

A.S.1603. *MONAVIUS placidè cubat hac JACOBUS in urnâ;*
*Noſſe ſatis fuit hoc ſors: ſed & iſta lege;*
*Dives erat virtute, fide integer, impiger arte,*
*Conſilio felix, Religione potens.*
*His quia ſurripuit morti ſe dotibus, ipſa in*
*Morte ſuæ famæ nomine vivit adhuc.*

Eteoſtichon,
continens annum, menſem & diem obitûs
I. M.

*TrIſtIor It CeLso LUX ſeXta oCtobrIs ab aXe,*
*MonaVIo Vt CeLerIs ſtat neCIs hora pIo.*
1603.

Erat hic Patritius Vratislaviens. & Conſiliarius Ligio-Berg. de cujus obitu ſcripſit Epiſtolam D. I. I. Grynæus.

A.S.1605. D. M.
Reverendi Viri
pietate, virtute, doctrinâ Ornatiſs.
D. THEODORI BEZÆ vezelii
Theologi
præſtantiſs. & clariſſimi,
Eccleſiaſtæ Genevenſis
facundiſs. & fideliſs.
Poëtæ
ingenioſiſs. & ſuaviſs.
(hæccine pauca ſunt?
cætera non capiat unicum marmor.)
Antonius Fayus
ſuo, collegarum & reliquorum amicorum
nomine
p. m.
Vixit annos IIIIXC. menſ. 3. dies 19.
in cælum migravit ann. CIↃ IↃ CV. 13. Octob.
*Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*
Apocal, 14.

---

A.S.1606. Quis hîc ſepultus, quæris? ipſe ediſſeram.
Nuper locutus & ſtilo, & linguâ fui;
Nunc alteri licebit. ego ſum LIPSIVS,
Cui literæ dant nomen, & tuus favor:
Sed nomen: ipſe abivi: abibit hoc quoque.
Et nihil hoc orbis, quod perennet, poſſidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta fumus, umbra, vanitas,
Et ſcenæ imago, & verbo ut abſolvam; Nihil.
Extremnm hoc te alloquor:
Æternûm ut gaudeam, tu apprecare.
*Vixit annos 58. menſ. 5. Obiit anno* 1606. 10. *Kal. April.*
Sibi ipſe fecit biennio ante obitum.

*Sarcophago marmoreo hæc epigraphe addita eſt:*
IVSTI LIPSII
quod claudi pouit,
hîc jacet.
S. P. Q. Antverpienſ.
inclyti viri
famæ orbi notæ
virtuti cœlo receptæ
H. M. P.

A.S.1607. Amſtelredami, in templo vulgò De Oude Kerck.

*Honori & æternitati*

IACOBO ab HEMSKERCK

*Amſtelredameſ.*

Viro fortiſ. & optimà de Patria merito

*Qui*

Poſt Varias. in notas ignotasque oras navigationes, in novam Zemblam ſub polo Arctico duas, in Indiam Orientalem, verſus Antarcticum totidem, Indeque opimis ſpoliis A. CIↃ IↃ CIV. reverſus victor.

*Tandem*

Expeditionis maritimæ adverſus Hiſpan. præfectus, eorundem validam claſſem Herculeo ſub ipſa arce & urbe Gibraltar VII. Kal. Maji A. CIↃ IↃ CVII. fudit ac profligavit.

*Ipſe tandem*

Pro Patria ſtrenuè dimicans glorioſe occubuit. Anima cælo gaudet, corpus hoc in loco jacet. Have lector, famamque viri ama, & virtutem.

*Cujus ergo*

*Ab*

Illuſtriſ. & Potentiſ. fœderat. Provin. Belgiæ. ordinibus P. P.

H. M: P.

Vixit annos XL. Menſem I. Dies XII.

HEMSKERCK die dwars door t'ys en t'yſer dorſte ſtreven
Liet d' eer den t' land, hier t' lyf, voor Gibraltar het leven.

---

A.S.1607 Ἐνθάδε παιδευτὴς, Μαρτῖνος Κρούσιος εὕδω,
Ἑλλάδος ἐν Τυβίγγῃ· μόνῳ σοὶ Χριστὲ πεποιθώς.

H. E.

*CRUSIUS hîc recubo, docui qui Græca Tubingæ,*
*Atque Latina diù, Chriſto confiſus in uno.*

Ipſe ſibi compoſuit, Tabulæ poſtea inſcriptum,
Obiit anno 1607. d. 25. Febr. ætat. 81.

---

A.S.1607. D. O. M. S.

Nobiliſ. Viri. JANI GUILIELMI STUCKI, Theologi, Philologi & Polyhiſtoris præſtantiſ. diſertiſ. lectiſ. patris æternum colendi b.m. Rodolphus Simlerus è defuncti monumentis ſuo & hæredum nomine p. p.

*Obiit Anno 1607. 3. Septemb. ætat. 65.*

Tiguri.

ANTE

A.S.1608. Antverp. in Eccl. Cathedral. Ante Sacellum S. Circumciſionis.

Vni, Trino, æviterno
Mortales omnes fatali & inevitabili
ſubeſſe legi voluit
Solus qui ſupra legem eſt Deus,
Rides, ludis, citusque tranſis viator?
Et hîc meta tua.
Hîc joci, hîc facetiæ conduntur omnes
ISABELLÆ VANDER PIET
Matronæ
Lectiſſimæ, optimæ, deſideratiſſimæ,
THEODORVS SVERTZIVS LIBERIQVE
Ille conjugi amantiſs. Iſti matri cariſs.
marmoreo hoc tumulo parentavére.
Annis XVI. marito cum fide conjun.
VII. beata prolibus.
Abiit ad beatiores ſedes
Anno ab incarnato Deo CIↃ IↃ CVIII.
IV Kal. Maji, ætat. ſuæ XXXV.
Impares naſcimur, Pares morimur.

A.S.1608. PANTALEON CANDIDUS pridie obitûs
ſibi ejuſmodi ſcripſit Epitaphium.

*Poſt annos ſexaginta propè & octo, ſubivit*
*Mens mea læta polum; corpus inane ſolum.*

Matth. 10.

Wer mich bekennet vor den Menſchen / den will ich bekennen vor meinem Himmeliſchen Vatter.

PANTALEON CANDIDVS Auſtriacus, magni illius Philippi Melanthonis diſcipulus: Verbi divini in diverſis Bipontini Ducatûs locis miniſter annos XLIII. hujus verò Eccleſiæ & univerſi Ducatûs Superattendens annos XXXIIX. hîc in ſpem reſurrectionis quieſcit.

⊙. *anno* 1608. 3. *Febr. ætat.* 68.

A.S.1526. Anno 1526. in Chriſto obdormivit ADELHEID à VHORBURG. Anno 1608. 12. Febr. obiit honeſta CHRISONA à VHORBURG. Sub eodem lapide ambarum copora jacent. R. in pace.

*Telamont.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1610. In Gallia ad Ligerim Fluvium, óppido à Ieſuitarum Conventu celebri *La Fleche* dicto in templo, Henrici IV. Regis ſepultum cor hac inſcriptione.

*Debuerat pius eſſe, fuit: ſe vincere, vicit:*
*Plurima ferre, tulit: ſe dare, corq; dedit.*

Hæc pronunciaſſe Ieſuitas ferunt, cùm acceptum cor Regis ad D. conventum ſuum deferre conſtituerant.

---

A.S.1610. Piæ Memoriæ
LAURENTII ZINCGREFII, JC.
IV. Elector. Palat. Conſiliarii,
&
MARGARITÆ DRESSINÆ
Conjugum.
Ille obiit XXIV. Iun. M. DC. X. Hæc XIV. Maji. M. DC. XX.
IUL. GUILIELMUS ZINCGREFIUS Fil.
Parentibus
exiguum magni amoris doloris monumentum
poſ.

*Heidelbergæ.*

---

A.S.1613. A' DEO Ter Optimo Max.
QVIRINVS REVTERVS Mosb. Theol. Doct.
Inclytæ Heidelb. Acad. Profeſs.
Ill. Coll. Sap. Ephorus,
Anno M. DC. XIII. XI. Cal. April. matut. ſept.
ex laborioſa hac ærumn. ſchola
in
cœleſt. beator. Academ. migrare juſſus,
corporis ſui depoſitum
in hoc ſupr. ſcholæ ſeminario
conditum habet,
Natus ann. LIV. menſ. 5. d. 12.
Ipſo autumnali æquinoctio ejusd. anni
maritum deſideratiſſimum
ſecutâ conjuge mœſtiſs.
MARIA ANASTASIA
duodenum liberor. matre ex eod. conjugio.
Ex quibus Iohannes Quirinus
ſpei præclaræ adoleſcens
XVI. ann. natus M. DC. XI. XI. Cal. Aug.
non ſine maximo parent. deſid.
extinctus
proximè hic accubat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1613. OTTO à GRüNRAD, Eques Milnicus, naſcitur Delitſchii 1545. 10. Sept. diſcit pietatem & literas Wittembergæ annos 14. gubernat ſtudia & mores Mauritii Principis Auraici, Anno 1575. & 76. juvat reformationem Eccleſiar. Naſſov. Solmenſ. witgenſtein. annis ſequentibus: Fridericum 4. Elect. Palat. verâ pietate & omnibus laudati Principis virtutibus octenn. inſtituit: Præſes Senatûs Eccleſ. renunciatus, viginti ipſos annos & precibus, & curis, & laboribus pro Eccleſ. & Scholis Palatinis impendit: Principibus Palat. auctor condendi & ſcholas, quibus puellæ piè informarentur: & horreum, quo in annonæ difficultate neceſſitati publicæ ſubvenitur: Inſtitutionem catecheticam ſeniorum æquè ac juniorum primus Eccleſ. Palat. commendat: vitam cœlibem ſanctè ac laborioſè actam placidâ morte finiit. Anno 1613. 14. April. cùm vixiſſet annos 67. m. 7. d. 4.

*Vnum eſt neceſſarium.*

---

A.S.1613.

BARTHOLOMÆI PITISCI.

Εὐσεβίη Παύλου, ἠδ' Εὐκλείδαο μάθησις
Ἐιν ἐνὶ Πιτίσκου τῷδε τάφῳ ἐκρύφθη.
H. E.
*Vt Pauli Pietas, ſic Euclidea Matheſis*
*Hoc uno PITISCI occulitur tumulo.*

---

A.S.1614.

AUGUSTÆ AD PREDICATORES.

MARCE VELSERE.
Te fortem, pium, beatum, cœlo receptum,
ſi lugeamus
nefas,
At publica damna, publicam jacturam
niſi lugeamus
quantum nefas!
Tibi Religio, cui tu Patronus, cui tu vindex,
ſtudium boni & æqui, cui tu aſſertor
nuper fueras,
certatim funus ducunt,
Dicũt tuas laudes uno ore Modeſtia, Candor,
Ingenuitas,
Tibi Patria atrata effuſis comis, demiſſo vultu
lachrymabunda præfert faſces inverſos,
Ponit eadem tibi titulos amoris & Charitatis
ſupra omnia,
exempla:
Titulos lectiſſimi civis qui Patrem induerat,
Titulos optimi Patris qui Dominum exuerat,
MERITO, MERITO
Te Germania ſidus ſuum extinctum,
Te Italia alumnum ſuum ſibi ereptum,
Iuſtiſſimis fletibus conqueruntur.
Subeunt feretrũ tuũ Fama per te conſtantior,
Honos, per te illuſtrior,
Virtus, per te nobilior,
Gloria, per te ſolidior,
Te, illæ tibi congenitæ, illæ tibi coalitæ
Solertia & Elegantia,
Florem ingeniorum, ſuadæ medullam,
faſtigium librorum
fuiſſe nobis perpetuò manſuris
conditorio inſcribunt,
Ah nimium ex verò illud fuiſſe.
Fuiſti enim & tecum una fuerunt deliciæ
lepores, veneres.
Heu perniciem, heu cladem!
Heu nos in tua felicitate infelices!
ſtudia laudata, artes ingenuæ, theſauri eloquii
& mentis æternæ abiiſtis,
Muſæ, Charites æternum periiſtis.
LAURENTIUS PIGNORIUS Patrono
& amico opt. inferias calamo ſolvebat.
Mortuus anno ſal. M. DC. XIV. XXIII. Iunii



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1614.

*Aurea mediocritas.*

HENRICVS SMETIVS à Leda, natus Aloſti xxix. Iunii, Anno CIↃ IↃ XXXVII. per annos xxxxii. Palatinatui, qua in Aula, qua in Academia Medicinam faciens, docens: IOHANNÆ CORPVTIÆ, coniugi ſuaviſs. & IOHANNÆ SMETIÆ, filiæ chariſs. IANO GRVTERO vix biennium nuptæ; nec non ELIZABETHÆ CORPVTIÆ, FRANCISCI IVNII Theologi uxori, matronis caſtis, modeſtis, piis, hic poſitis, in ſpem vitæ cœleſtis appoſitus quieſcit: defunctus xv. Martii, Anno Chriſti CIↃ IↃ CXIV.

A.S.1615.

Reverendâ dignitate clar. & ampliſs. Viro,<br>
ANDREÆ BAVDISIO Vratislavienſi,<br>
Theologo graviſſimo,<br>
Eccleſiarum in Ducatu Lignicenſ. & Wolavienſ.<br>
ultra xv. annos ſuperintendenti b. m.<br>
Conſiſt. Illuſtr. Adſeſs. primario,<br>
veritatis & pacis Eccleſiaſt. adſertori feliciſſimo:<br>
qui<br>
poſtquàm Nicolſtad. primùm, pòſt Lignicii, inde<br>
Cromlov. & rurſum denique Lignic. Eccleſiæ<br>
miniſterio & gubernatione ad annum uſque XXXII.<br>
fideliter laudabiliterque fuiſſet perfunctus,<br>
honorum laborumque ſatur,<br>
jucundâ nominis ſui memoriâ publicé privatimque<br>
relictâ,<br>
cum fide ad Chriſtum migravit, Anno ejuſd. 1615.<br>
d. 3. m. Ian. cùm vixiſſet annos 57, m. 7,<br>
Catharina Krentzhemia marito, & Roſina, Leon-<br>
hardus, Andreas, Daniel Gotfridus, Dorothea,<br>
liberi ſuperſtites, parenti amantiſs. deſideratiſſimoque<br>
extrem. perſolventes debit.<br>
m. h. m. m. p. p.

A.S.1615.

*Integra ſi noſtro cum corpore vita periret,*<br>
*Vita brevis, præſens & miſeranda foret.*<br>
*At quia pars noſtri melior poſt funera durat,*<br>
*Mors ea natalis credidur eſſe piis.*

Vivit poſt funera Virtus.

Heic jacet, per quem non ſtetit, quò minùs Patria ſtaret, IOHANNES IACOBVS vom Staal/ Eques auratus ex Nomophylace, Senator, Quæſtor, ac Vexillifer Solodorenſis, olim trecenariæ Helvetiorum in regio apud Lugdunenſes præſidio cohorti præfectus: priſcæ Helveticorum fidei, libertatis & frugalitatis æmulantiſſimus Patriota: qui ut ambitûs vitio caruit, ita quos per Dei prævenientem gratiam VIGILANDO, AGENDO, CONSVLENDO nactus eſt honores, ſummâ fide & integritate adminiſtravit, DEO, PATRIÆ, & AMICIS inſerviens: qui plus quàm C. pro communi Patria, difficilimis rerum temporibus, ad P. M. Regg. Principp. Civitates, Populos ac Conventus Helvetiorum obitis Legationibus hanc poſtremam ad Patres ſuſcepit, 14. April. ætat. ſuæ 75. ann. 6. menſ.

M. DC. XV. depoſitis hîc apud communem Matrem corporeis impedimentis, quæ ſub noviſſimæ tubæ clanctum repetiturus eſſe piè & Chriſtianè creditur. Anima ejus requieſcat in pace. Nobilis Veronica Suria vidua, & IX. ſuperſtites Liberi, Marito, Parenti optimo deſideratiſſimoque, pietatis, officii & memoriæ ergò lugentes & mœſti Mon. hoc p. c.

S. C.

*Dic homo, cur moreris? Moriens mortalia linquo:*
*Non morior; mors hæc eſt nova vita mihi.*
*Mors victa à CHRISTO redivivo, quo duce, vivo.*
*Mors lucrum eſt. CHRISTVS vita ſalusq; mihi.*

Hoc tumulo pietate atq; ſanguine nobiliſſima CATHARINA à DIES-PACH, Nobiliſs. DN. DN. CASPARI à GRAFENRIED Cos. Turicenſ. quondam conjunx, condita requieſcit.

A. S. 1616.

Majævillæ Rhætorum in Templo.

D. O. M. S.
Iano Lucio: ex Antiq. & Nob.
GVGELBERG à MOOS proſap. oriundo,
Equ. Aurato.
Qui
Avitam nobilit. virtut.
ſincerè
Illuſtravit Domi & foris.
Terrenos apud Principes Principis
functus honoribus,
Cœleſti Principi æternum ut viveret
Iuſtitiæ corona honorandus
ΑΜΑΡΑΝΤΩ.
Plac. pieque mortuo.
VRSVLA MENHARDA
Thalami comes individua
fidaque,
Cum ſuperſtitib. una liberis propinquisque
Chariſs. conjugi,
deſideratiſs. Parenti
optimo, propinquo,
In ſpem reſurrectionis mem.
piis cum Lachrum.
P. P.
Obiit anno ſervat. M. DC. XVI.
XXIII. Decemb. Ætat. LIV.

Hie ligt begraben / der Edel vnd Geſtreng / Herꝛ Johann Luci von Moôs genant Gugelberger / Ritter / Podeſtat zu Tyran / zum anderenmahl / Stattvogt zu Meyenfeld vnd Landshauptman derſelbigen Herꝛſchafft: Kön. May. zu Franckreich vnd Navarra Hauptman vnd erwöhlter Obriſter. Starb 54. Jahr alt. Jhme hiermit verehrend Fraw Vrſula Menhartin / ſein Eheweib vnd ſeine Kinder.

A.S.1616. Memoriæ FRIDERICI LINGELSHEMII.

GEORGII MICHAELIS, magni Patris magni Filii:
cujus virtuti fortuna favit,
mors invidit heu immatura præpoſtera
Haidelbergæ Idibus Septembr. Anno Chriſti cIↃ IↃ c XVI.
piè defuncti
amoris doloris monumentum
Amic. p.

A.S.1617. Et

Nunquam moritura memoriæ Reverendi, Clariſs. S. literarum doctiſſimi viri, MICHAELIS PHILIPPI BEUTERI, S. Th. D. Ducatûs Bipont. generalis Superattendent. graviſſimi, Paſtoris hujus Eccleſiæ fideliſs. Concionatoris ſolertiſs. & diſertiſs. qui præfuit Diaconus 19. & Paſtor 8. annos, 17. liberis uno matrimonio ex conjuge Margaretha Jungia prognatis. Tandem febre ardente correptus ætatis anno 53. menſib. 3. dieb. 10. 30. Julii anno Chriſti 1616. fatis ceſſit: Vidua relicta & 7. ſuperſtites liberi mœſtiſs. d.p.r.e.poſſ.1617.

*In ambitu ſepulcri.*

Oppono reb.aſp.patientiam: fidem Sophiſtis: Dæmoni conſtantiam.

*Mens conſtans Satanam, Mundum patientia vincit.*
*Aſpicitat Chriſtum relligioſa fides.*
Patientiâ, fide, conſtantiâ.

A.S.1619. D. M. O. S.

D.D. JOHANNI INGELSTETERO, Medico Archi-Palat. præſtantiſſimo, Philoſopho acutiſſimo, Theologo ſincero, marito & Parenti deſideratiſſimo Vidua & Liberi mœſtiſſimi monumentum hoc p.p. Vixit annos LVI. Obiit anno M. DC. XIX. menſ. Febr. d. XV,

*Ambergæ.*

A.S.1620. Leowardiæ in fano Iacobæo.

GUILIELM. LUDOVICUS, JOH. F.
Com. Naſſovius. Friſiæ.
Gron. & Omland. Dren-
tiæque Gubern.
Heros. reb. Domi. militiæque.
geſtis. inclytus. veræ reli-
gionis. &.belgicæ. liberta-
tis.poſt.Guilielm. patruum.
& Mauric. patruelem. auran
tiæPrincipes.aſſertor. Præ-
cipuus.
Animam.DEO. lubens. Cœ-
leſtis. Gloriæ. deſiderio.red-
didit. An.Chriſt.cIↃ.IↃc.xx. Prid.
Cal. Jun. ætat.LX.Gu-
bernat.Friſ XXXVI.Gron.
& Oml.XXVI. corporis.
exuvias. lætam. reſur-
rect. Exſpectantes.Heic. de-
poſuit. III.Eid.Iulii.ſeq.
A. M. DC. XXV.

---

A.S.1620. *Solii in Prægallia.*

Patria nulla ſolo, Patria ſola Polo.
HERCULES à SALIS Rhætus, Eques auratus; pluribus in Patria
publicis muneribus, & ad Galliæ Regem,
Sereniſſim. Venetum Princip.
et confæderatos Helvetios
legationibus cum laude functus.
Ruente Rhæt. Rep. ad inclinatos libertatis
Propugnatores venit Orator, inclinatis
Rebus, ſubſidium quærens Patriæ,
cœleſti Patria donatus.
Obiit Anno M. DC. XX.XVII. Septemb.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1621.

Romæ, in ſacello Pauli. V Pontif. M. ubi in Marmore, exquiſito opere, exſculptæ ſunt ipſius ac Clementis VIII. res geſtæ, ſub ſtatua hæc inſcriptio.

PAULUS V. PONT. MAX.
Mortis memor
vivus ſibi poſuit.
Scipio Cardinalis Burgeſius funus duci
Iuſta ſolvi, corpus inferri curavit.
Opt.
PAULUS V. Pont. Max. Patria Romanus
ex Burgeſia Familia,
Cui perpetua vitæ Innocentia & ſpectata virtus
Ad inſignes quosque honores gradum fecit,
Bononiæ pro Legato præfuit Max. A. Gregorio XIV.
Cauſarum cum Apoſt. Auditor creatus & à Clem. VIII.
Ad Philip. II.
Hiſpaniar. Regem de graviſſ rebus Legatus
In ampliſſ. ordin. cooptatus inter generales Inquiſitores adſcriptus
Et Vrbis Vicarius electus; cùm omnes tantorum munerum partes
Summa cum laude obiviſſet, ad ſummum Pontificatum Leone X.
è vivis erepto
Florens adhuc ætate, incredibili Patrum conſenſu evectus eſt,
Cùmque vigili ſolicitudine ſecuritatem, annonæ copiam
Iuſtitiam & quietem populis Eccleſiaſticæ ditionis,
Concordiam verò & pacem univerſo Chriſtiano orbi ſemper
præſtitiſſet,
Religionem ſumma pietate coluiſſet,
Vrbem Magnificentiſſ. ædificiis ornaſſet atque egregiis
Omnium virtutum officiis aditum ſibi ad immortal. aperuiſſet,
è mortalibus raptus, grande cunctis ſui deſiderium reliquit.
Sedit in Pontificatu annos XV. Menſ. VIII. d. XIII.
Obiit anno ſal. M.DC.XXI. d XXVIII. Ian.
Rudolphum Romanorum Imperatorem electum
Adverſus Chriſtiani nominis hoſtes
In Hungaria bellum gerentem, auxiliariis copiis adjuvit:
Congi Perſidisque Regum & Iaponiorum
Ad ſedem Apoſtolicam dere Chriſtiana Legatos
honorificentiſſimè excepit,
Ferrariam Vrbem ditionis Eccleſiaſticæ nobile propugnaculum
exſtructa validiſſima arce munivit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1621. Zuz in der Kirchen. *Circa lapidem.*

HARTMANNUS à PLANTA, Zuzienſis & civis Curienſis, qui Bormii fortiter ut Capitan. pugnando pro Patria occubuit. Anno M. DC. XXI. d. V. Octobr.

In lapide.

*Pro Chriſto & Patria non parum, occumbere Letho*
*Duxiſti, ô Generis lausq́; decusq́; Tui.*
*Nunquam parta Tuis aboleſcet gloria factis,*
*At creſcent capiti digna trophea tuo.*

I. G. P. P.

---

A.S.1622. *Malanſii.*

Cui Mundus Noverca,
& Cœlum Patria.
Illuſtriſs. Viro D. Capitaneo
RUDOLPHO GUGELBERG à MOOS
Juriſdict. Malanſinæ Præſidi,
Et Prætori Trahonæ,
CATHARINA TRAVERSIA, Conjugi,
Eliſabetha & Cathar. Barbara Patri chariſs.
mœrentes poſuêre
Vixit annos LI. Obiit d. XIV. .... An. M. DC. XXII.

---

A.S.1622. *Suſii in Oengad. Infer.*

Hic jacet Illuſt. ac Generoſ. Vir Dom. JOH. PLANTA à WILDENBERG olim Comit. Claven. Commiſs. & HENRICI III. Galliar. Regis militiæ dux & Oengadinorum Judex Criminalis, qui piè Ann. M. DC. XXII. d. I. Januarii ætat. ſuæ Annor. LXV. in Dom. obdormuit, cujus anima requieſcat in pace.

---

A.S.1622. *Sacrum* *Curia*

Bellinorum à Bellfort ab Anno M. CCCC. XC.
Ad hodiernum uſque diem Curiæ habitantium
LUCII BELLI à BELLFORT, conſulis Civitatis Curienſis, qui piè in Domino
Anno 1622. Feſto nativitatis Redemptoris noſtri
obdormivit; in honorem Parentum, avorum
FFF. relicti.

A.S.1624.

*Lugd. Battavorum. In templo divi Petri.*

THOMÆ ERPENIO
Viro in omni genere literarum exi-
mio, oriental. linguarum peritiſs.
earundemque in alma Battavorum
Academia Profeſſori longè præ-
ſtantiſſimo, librisque ſuis & Arabi-
cis typis claro, vitæ integritate,
pietate, probitate, modeſtia, mo-
rumque ſuavitate inſigni, ann.
CIↃ IↃ LXXIV. III. Eidus Septemb.
Goriomii in Battavis bono egre-
gii publici nato, ejusque incompa-
rabili damno Lugduni Battavorum
in flore (heu) denato, An.
CIↃ. IↃC. XXIV.
IACOBEA BUYESIA,
Ampliſs. & integerrimi Hollan-
dicæ curiæ ſenatoris, Iohannis
Buyeſii Monachodamenſis ICti. Fi-
lia, optumo & bene merenti conju-
gi, cum qua octennium ſine que-
rela vixit, trium ex eo liberûm
Parens contra votum mœſtiſſ-
ſima poſuit.
Vale, vale dulciſſime, ſit tibi terra levis.
Homo bulla. Ruit hora.
*Subtus in alio ſaxo*
THOMAS ERPENIUS
heic
Fidelium
Reſurrectionem
exſpectat.

A.S.1625.

*Malanſis.*

Celeberrimo Heroi
D. RUDOLPHO SALICÆO
Lib. Baron. à Salis,
Galliar. Regis Colonello,
Rhæt. milit. Archiſtratego,
Marito deſideratiſs.
ANNA de HARTMANNIS
M. P.
Obiit XIX. die Oct. M.DC.XXV.
Cum vixiſſet Ann. XXXVI.
Vivit poſt funera virtus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1625. *Groningio in templo Academico.*

Immortali memoriæ
Clariſs. & pientiſs. Senis
UBBONIS EMMI,
Friſii Grethani
Primi Acad. Gron. Rectoris,
Theologi ſinceri,
Philologi eximii,
Hiſtorici abſoluti,
Viri prudentiæ ſingularis,
qui per omnem vitam
ſua ſorte contentus,
labore indefeſſo
De Eeclesia & Republ. Patria quam optumè meritus;
Vere pia demum ac placidiſs.
morte defunctus
Heic corpore quieſcit.
MARGARETHA à BERGEN
Vidua & liberi ſuperſtites
mœrentes
H. M. P.
Vixit in terris ann. LXXVIII.
dies III. abiit in cœlos
Ann. Chriſtiano M.DC.XXV.
d. 9. Decembr.

A.S.1628. *Solii in Prægalia.* D. O. M.

COLLONELLO BAPTISTÆ SALICÆO, Illuſtriſs. Equitis
Baptiſtæ filio, Equeſtris Ordinis Viro,
Avitarum æmulatori virtutum,
Qui non minus in caſtris fortem, quam in Patria
Magiſtratus, & apud exteros mirificas
legationes exercendo
ſe prudentem præbuit,
Majorum nobilitatem ſublimi elatam coturno,
ſua virtute mirifice illuſtravit;
ſuſcepta tandem ex Barbara inter Helvetios
ex nobiliſſima Meiſiorum familia nata
fœcunda prole
deceſſit
Anno Domini M. DC. XXVIII. ætat. LXIX.
Ipſa verò multo confecta luctu, menſ. IV.
poſt. ætat. LXIII.
Cap. Frideric. Commiſs. Rodolph. Ant. Valliſtellinæ
Præſes Filii amantiſs.
In optimi Patris memoriam poſuêre.

A.S.1629.

Romæ in Templo S. Mariæ majoris in
Sacello quodam ſtatua Ætiopis cum inſcriptione.

MARCHIONI ANTONIO NIGRITÆ
Regio Congi Oratori
Quem Paulus V. nondum peracta Legatione
In Vaticano mortuum,
In exquiliis funeravit;
Vrbanus VIII.
Qui primus Romanorum Pontificum
à Regibus Congi
Per Oratorem Ioh. Baptiſtam Vives
ſolenne Chriſtianæ obedientiæ
juramentum excepit,
ſepulcrum exſtruxit,
Pontificiæ Charitatis monumentum.
Anno Domini M. DC. XXIX. Pont. VI.

---

A.S.1631.

*Epitaph.*

De portis mortis exaltas me.

Nobilibus Dominis IOH. BENSIO à PORTA, Scannavicii Ammanno, Maenvillæ præfecto, pro repub. Rhætica ad exteros ſæpius Legato. Vt & Domino IOH. HENRICO ejus Filio, parenti S. & Fratri dilectiſſimo, mœſti litarunt, Andreas & Henricus, hic Anno 1622. æt. 28. Ille æt. 75. Anno 1631. obierunt.

---

A.S.1632.

GUSTAPHI ADOLPHI, Regis Sueciæ.

GLORIA ALTISSIMO SUORUM REFUGIO.
SEPULTURA
Potentiſſimi Principis
GVSTAVI MAGNI.
Regnorum Sueciæ, Regis incomparabilis,
Qui Regno undique hoſtibus obſeſſo ad
imperium intravit,
Pacatis deinde Danis, Moſchoque &
Polono, mitioribus factis,
Regnum ampliavit, ſummaque
prudentia gubernavit.
Tandem retruſo Cæſare, Germaniſque
à Papæ deformatione liberatis,
In pugna Lutzenſi victor
heroicè obiit.
VIII. Idûs Novemb. Anno Domini 1632.

In anguſtiis intravit. Suecos exaltavit.
Pietatem ornavit. Oppreſſos liberavit.
Hoſtem proſtravit. Moriens triumphavit.
Regnum ditavit.

Meyenfeld.

A.S.1632.

Chur.

Hier ruhet im Herꝛen / der Hoch Edel / Geſtreng /
J. Hans Luci Gugelberg von Moôs
der Fünfte diß Nammens / Stammens vnd Ehrenſtands /
Hauptman / jhr Kön. May. in Frankreich dienſt.
Starb den 17. Novemb. M. DC. XXXII.
ſeines alters im 21.
Deß abgeſtorbnen Namm vnd Stamm /
Helf Gott daß durch ſein Sohn zunemm.

A.S.1637.

Curiæ Rhæthorum.

D. O. M. S.
Illuſtris Heros
IOHANNES GVLERVS A' WEINECK
Davoſianus Rhætus,
Civis Tigurinus,
Eques auratus,
Vallis Telinæ Gubernator,
Fœderis X. Iurisdictionum Præſes,
Rhæticorum militum Tribunus,
Orthodoxæ religionis columen,
Bonarum literarum decus,
Verus Pater Patriæ
Hic ſitus eſt.
Vixit annos LXXIV. Menſ. II. Dies XXIV.
Obiit ann. Domini M. DC. XXXVII.
d. XXIV. Ianuar.

A.S.1637.

Chur.

Allhier ruhet in Gott dem Herꝛen / der Hochgeacht / Wohl-Edel / Ehren-veſt Herꝛ Georgius Meyer, Burgermeiſter der Loblichen Statt Chur / vnd geweſener Podeſtat zu Tyran. Starb den 25. Octob. Anno M. DC. XXXVII. ſeines alters LXX. Jahr.

A.S.1638.

Zu Mafans.

Hie ruhet ſeliglich die Wohl Edle / Ehren- vnd Tugendreiche Fraw Anna de Hartmannis, erſtens des Wohlgebohrnen Rudolph Freyherꝛen von Salis / demnach deß Wohl Edlen / Geſtrengen H. Obriſt Lieutenants Ambroſii Plantæ geweſene eheliche Haußfraw / ſtarb den 31. Jan. An. 1638. jhres alters im 42. Jahr / vnd wurde mit Trauren diß Gedechtnuß aufgerichtet von jhrem Herꝛen vnd Kinderen Hercules, Hartmannus . . . . . . . . . . . . . . . . .

A.S.1638.

D. O. M. S.
HENRICVS
ROHANII Dux inclitus,
Priſcorum Marmoricæ regum genuina & maſcula ſoboles,
Navarræ & Scotiæ Princeps,
Summis Europæ dinaſtis affinitate innexus
hîc jacet.
....lator, noli in ciſta altum inquirere,
non ſunt illa Mauſolei
Manent in animis hominum
Fama rerum æternitate temp.
Abi contentus quod ſtrictim tibi ediſſero:
Anno ætatis XVI. fatis oſtenſus,
ſub Ambiani mœnibus obſeſſis
Ante Henrici magni ora equo proſtrato cæſoque
Audax juventa opima reportavit.
Apud Belgas Grolacenſi,
Apud Sicambros Iuliacenſi obſidione illuſtris,
In Taurinis ad Feiſanum feliciter pugnavit,
Germanos & Tiberos in Rhætia & Inſubria quadruplicariò debellavit,
Ad Rhenum in campis Rheinfeldiacis in devexo Herciniæ
Calendis Mart. Anno M. DC. XXXVIII.
Cæſaris exercitu truſo,
Confoſſus vulneribus
Partæ victoriæ ſuperſtes,
Mactus gloria,
Obiit Königsfeldæ Idib. Aprilis
Anno ætat. 29.
Felix claritate lethi,
Felicior claritate vitæ.
Mortalitatis exuvias totum per orbem dividendus,
ſuprema voluntate in urbe dilecta perpetuum ſervari voluit.
En decreto Senatus Populique Genevenſis
MARGARETHA BETHVMIA
Maximiliani Bethumii Iuliaci Ducis filia,
Conjunx tanti mariti intrepidè ſecuta,
Mentem ingenio aſſecuta,
Mandata invito animo executa,
Domi militiæque influctus & bella comes,
Poſuit infelix, æternum æterni luctus monumentum,
Quod manes cineresque diu teſtetur amatos.

A.S.1643

*In lapide Petri à Planta.* *Zuzii*

D. CONRADIN. à PLANTA Equit. Aurat. C. R. G. & S.R.V. Cap. Prætori Oengad. ad V. meritiſs. obiit Anno M. DC. XLIII. d. IV. Ian. Ann. ætat. LXVI.

*Hâc cubat à PLANTA funus lachrymabile tumbâ,*
*Mens fruitur cælo, fama ſed orbe manet.*

*Solii.*

A.S.1645. Cui mundus noverca, & cœlum Patria,
Nobili Viro, Parenti Piiſſimo
PAULO PESTALOZIO de Luna,
De novendecim cum præmortua caſtiſſima
Conjuge
Æmilia de Belizzariis
ſuſceptis liberis,
ſuperſtites
Paternæ ſimul Beneficientiæ & inculpatæ
adverſitatis memores,
poſuêre.

---

A.645. Nobiliſſimo, & ampliſs. quondam Viro D. CONRADINO BELLI à BELLFORT, digniſs quondam Iurisdict. Caſtrenſis Præſidi, nec non Prætori Trahonæ, & Malanſ. Iudici. Ann. ſal. 1645. æt. verò 85. piè vita functo.

Vt & generis ſplendore virtutumque decore Clariſſimæ Dominæ ANNÆ MARIÆ à PLANTA Ann. 1629. ætat. autem 57. è viris diſceſſæ parentibus ſuis perdilect. Caſparus, Anna, & Catharina liberi.

M. M. P. P. *Malanſii.*

---

A.S.1646. *Lugd. Bat.* DEO opt. Max ſacrum.
Æternæ memoriæ
Reverendi ac Nobiliſſimi Viri,
D. JOHANNIS POLYANDRI à Kerchoven,
Ex antiqua & nobiliſſima Patritia
Kerchoviorum Gandavienſium familia,
In Eccleſia Gallo-Belgica Dordrechtana,
annos XX. Paſtoris,
In Acad. Lugdun. Bat. Doctoris & Profeſſoris
Primarii annos XXXV.
Octies Rectoris Magnifici
Et XXIII. Synodi Gallo-Belg. Præſidis.
Hic
Pietate, Prudentia, Probitate, morum ſuavitate, liberalitate, animi moderatione,
Pacis & concordiæ amore nemini ſecundus,
omnibus gratus & charus, nulli gravis:
In docendo perſpicuus, in diſputando
Promptus, in concionando facundus,
Memoriæ & judicii incomparabilis,
Eadem qua vixit tranquillitate, placidè
ſupremum diem clauſit, in fine Rectoratus
ſui octavi, CIↃ IↃC XLVI. IV. Febr.
ætat. ſuæ LXXVIII.
Johannes à Kerchoven Heenulietæ Dominus,
Saltuum Hollandiæ Præfectus,
Filius unicus mœrens poſuit.

Zu

A.S.1647. Zu Malans.

Hier ruhet ſeliglich die Wohl-Edle vnd Tugendreiche Fraw Wielanda Planta von Wildenberg/ Herren Johann Plantæ/ Herren zu Razüns vnd Fraw Eliſabetha Gugelbergerin von Moôs eheliche Tochter/ Herren Rudolphi Plantæ ſeligen Caſtelan zu Taraſp. hinderlaſſene Wittib. Lebet im Eheſtand jahr XI. Monat VI. erzeügte eheliche Kinder IV. Rudolph/ Johann/ Eliſabeth vnd Pompejus, ſtarb den XVI. Julii An. 1647. Ihres alters jahr 39. Mon. 4. T. 3.

A.S.1647. Curiæ.

Equidem ego novi Redemptorem
meum vivere, & poſteriorem
ſuper pulverem reſurecturum.
FORTUNATUS SPRECHERUS à Berneck
V. I. Doctor, Eques Auratus,
In valletelina rerum bellicarum præfectus,
Tertiò Jurisdictionis Clavennæ Commiſſarius,
Cujus deliciæ
Orthodoxam Religionem, Patriæ libertatem
ejuſque propugnatorum fortitudinem,
corde, cura, & calamo profiteri,
promovere & promulgare.
Heic requieſcit in Domino.
Obiit Annò M. DC. XLVII. die XIV. Januarii
ætatis ſuæ anno LXII.

A.S.1646. *Lector cave, ora.* Zu Malans,

LVD. GVGELBERG à Moos
Nobil. Iuvent. Rhæticæ
nobile ſydus,
Pietatis, amor. in Patr. Fortit.
Illuſtre exemplar,
Incauto ſclopeto ſuo innitens
transverberatur.
Animam Ciceri Deo reddidit,
Ann. ætat. xxx. xxvi. Decembr.
Corpori in natali ſolo adjecto,
Mon. hocce P.P. lugentes
Catharina Traverſiâ Mater,
Eliſabetha & Cathar. Barbara, ſoror.
Anno M.DC.XLVIII.

TAN-

A.S.1649. TANCREDUS ROHANII DUX
Henrici Fil. hic ſitus eſt.
Qui Paternæ virtutis & tanti nominis
verus hæres, dum prope Lutetiam obſeſſam
Anno 1649. ætatis ſuæ ineunte
decimo nono fortiter dimicavit, plumbo lethali
tranſverberatus, gentis ſuæ fato potius
quam ſuo cecidit, oſtenſus terris tantum:
MARGARITHA BETHUMIA Rohanii Duciſſa,
Vidua doloroſa, Mater inconſolabilis
Poſuit,
Æternum æterni luctus Monumentum.
Solatia luctûs
Exigua ingentis miſero ſed debita nato.
Anno M.DC.LIV.

---

A.S.1649. Meyenfeld.

Hier ruhet ſeliglich in GOtt
Die Wohl Edle / Ehren vnd Tugendreiche
Fraw Regina von Salis.
Lebte im H. Eheſtand / erſtlich
mit dem Wohl-Edlen Junker H. Luci
Gugelberg von Moôs S. 1. Jahr /
Mit dem Hochgeachten / Edlen / Geſtrengen /
H. Ambroſi Planta von Wildenberg
Landammen der X. Gericht. VII. Jahr.
Starb den XX. Novembr. M.DC.XLIX.
Ihres alters im XXXVII. Jahr.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1650. D. O. M. S.
veni, vidi, vici.

# JOHANNES LUDOVICUS AB ERLACH

Domin. in Caſteln & Gauenſtein
ſub Regib. Chriſtianiſs.
Ludovico XIII. & Ludov. XVI.
Difficilimis temporib.
Imperator Bellicus
&
Fortalitii Briſacenſis provinciarumque
inde dependentium
XI.ann. haud infelix Gubernator;
cui,
Bellicas Majorum laudes æmulari,
Regem poſt Deum
Germana virtute fideque
venerari,
religionem orthodoxam propagare,
bene de queis potui mereri.
ſolatio fuit unico
gaudioque.
Laborum tandem militiæque pertæſus,
lenta Febricula exſiccatus.
Arma cum Trophæis
mortalitatisque exuvias
immortalitatis cum gloria
feliciter commutavi.
fragilis corpuſculi reliquias
magnæ mortalium Matri
heic reddidi.
Spes & Fortuna valete,
ſeculi injurias,
alternas lubricæ Sortis vices
alta mens nunc deſpicit.
ſed quando ſequimini
O fidiſſima donec ſivit Deus
conjunx:
O chara Deo cœloque pignora?
ni moriamini non reviviſcetis.
Natus Bernæ An. CIↃ IↃ XCV. D. III. Kal. Nov.
Denatus Briſaci An. CIↃ IↃ C L. D. VII. Kal. Febr.

A.S.1653. *Delphis in Eccleſia Cathedrali, Admiralis Trompi ſumptuoſiſs.& ſpecioſiſſimum Epitaphium.*

Æternæ Memoriæ.

Qui Battavos, qui virtutem, ac verum laborem amas

Lege ac Luge.

Battavæ gentis decus, Virtutis bellicæ fulmen, hic jacet, qui vivus nunquam jacuit,
Et Imperatorem ſtantem mori debere exemplo ſuo docuit
amor civium, hoſtium terror, oceani ſtupor

MARTINUS HARPERTI TROMPIUS,

Quo nomine plures continentur laudes quàm hic lapis capit
ſanè anguſtior, ei, cui ſchola Oriens & Occidens Mare,
Materia triumphorum, univerſus orbis Theatrum gloriæ
fuit, Prædonum certa pernicies, commercii fœlix
aſſertor, familiaritate utilis non Vilis, poſtquam,
nautas & milites durum genus, Paterno & cum
efficacia benigno rexit imperio. Poſt. L Prælia, quorum
Dux fuit aut pars magna, poſt inſignes ſupra
fidem victorias, poſt ſummos infra meritum honores,
laudem bello Anglico tantum non victor certe
invictus X. Aug ære Chriſtianæ CIƆ. IƆC. LIII.
ætatis LVI. vivere ac vincere deſiit.
Fœderati Belgii Patres
Heroi optimè merito
M. P.

*In medio inter Angelos Monumenti.*

Vrbs Phœbi cineres jactat ſed currus honores,
Ingreditur quoties egrediturque mari.

*Hier ruſt der Zeeheld Tromp der dappere beſchermer*
*Der Zeevvaerd en de zee, ten dienſt van Vryeland,*
*Dat s' mans gedechtenis bevvaert int konſtigh marmer:*
*Zoo levvendich gelyk hy ſtirf voor t' Hollands ſtand.*
*Belyvd mit moordgeſchrey en donder van kortouvven*
*Daer groot Britanie in brand al' tvvater viel tekleen*
*Hy heeſt zich zelv in t' hart der burgren vyt gehouvven,*
*Dad beed verdurt de prechtman graf en marmerſtein.*

*J. V. Vondel.*

A.S.1653. Epitaphium Zu Malans.

Hier ruhet
Die Wohl-Edel geborne Fraw/
Eliſabetha Gugelbergerin von Moôs,
Weyland Herren Joh. Plantæ von Wildenberg/
hinderlaſſene eheliche Wittib.
ſtarb den 2. Feb. M. DC. LIII.
Ihres alters LXX. Jahr.

Malans.

*Ad ſacrum Jehovæ montem, ſua majorumq; Gloria.*
Vere nobili
D. JOH. ANT. GUGELBERG à Moôs.
Reip. Rhæt. à Conſil. ſecret.
Proque eadem ſub Chriſtianiſs. Gall. Regis auſpiciis,
Capitaneo & Prætori Malanſino,
Fratri chariſſimo,
Eliſabetha Gugelbergio-Planta à Wildenberg,
L. M. P.
Obiit Maſil. 19. Aug. An. ætat. 38.

A.S.1653. Zuzii.

Sub hoc lapide mortuorum reſurrectionem exſpectant corpora perilluſtrium conjugum Dominæ SICILIÆ DUSIÆ, die. XXVII. Iul. Anno M.DC.XLIV. in dom. mortuæ ætat. LXIII. Et Domini Joh. Anton. Traverſii Oengad. ſup. terriò Prætoris, mortui M. DC. LIII. d. V. Aug.

A.S.1653. D. O.
ANDREÆ BRUGGERO,
Equiti ordinis S. Georgii
ſub auſpiciis
LUDOVICI XIII. Franc. Regis
Cohortium Rhæticarum
Duci ſtrenuo:
Præturæ Majævill: per An. VI.
Adminiſtratori laudatiſs.
Anno M. DC. LIII. Prid. Non. Iunii.
Ætat. ſuæ Anno LXV.
Piè fatis functo.

M. S.
VRSINA à SALIS
Vidua:
Vt & Liberi mœſtiſs.
Baptiſta, Engelhardus,
Ioh Fridericus,
Barbara, Dorothea & Vrſina
Monumentum hoc
Marito deſideratiſs.
Patri honorando
In perpet. Amor. & & obſervant.
Teſt. P. P.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A.S.1654. Zuzii in Cœmit Epit. erectum.

D.19.Martii in ſpe beat. reparat. conditur hîc D. FORT à JUVALTIS, olim Oengad. ſuper. Prætor, poſt Fürſtenavv. Præſes, vixit Annos LXXXVI.m.7. Nunc oſſa miſcens cum Dna. Lucretia à Planta, prima ejus Conjuge, olim hic ſepultæ, Matthias, Wolfg. & Fort. Filii parentib. Chariſs. dolentes p.p.

*Vive memor lethi.*
*Fui, quod es, & eris, quod ſum.*
*Sequentur qui non præceſſerunt.*

A.S.1654. Zürich.

Joh. Caſpar Lachman/ des Rahts vnd alter Kornmeiſter im Oetenbach ſtarb den 15. Jun. Anno M.DC.LIV. ſeines alters im LXXXI. Jahr.

A.S.1655. Zürich.

Hans Jacob Grebel des Rahts vnd Obriſt-Leutenant/ ſtarb den XI. Aug. 1655. im LX. Jahr ſeines alters.

A.S.1656. *Curiæ.*

Illuſtri Heroi
JOH. PETRO GULERO à Weineck
Davoſian. olim Præſidi
Prudentiſſimo,
Cohort. Rhæt. Duci primario.
Libertatis & Relig. puræ
Propugnatori acerrimo,
Qui poſt res pro ſalute publ.
præclare geſtas
dum fata Patriæ triſtiora timet
ſua ipſe accellerat,
Animam Deo & ſaluti
publicæ ſacratam,
Inter armatas concurrentium,
manus Deo reddidit,
Anno M.DC.LVI. IIX. Jan. Ætat. LXII.
Frater, Affin. Nep. Mœſtiſs.
hoc monumentum p.p.

A.S.1656. Zu Malans.

D. O. M. S.
JOHANNI GULERO à WEINEK,
Viro
Generis ſplendore,
Relig. Orthodoxæ zelo,
Libertatis Rhæticæ amore,
Vitæ inculpatæ laude,
Ornatiſſimo,
Poſtquam annum ætatis LXX.
emenſus eſſet,
Ad cœleſtia gaudia evocato,
Anno 1656. XXVI. Maji.
JOH. LUCIUS GULERUS à VVeinek,
Dominii Mayenvillani Capitaneus,
Mon. hoc filial. amoris &
deſid. teſt. P.

---

A.S.1657.

*Solii in Prægallia.*
D. O. M.
GUBERTO & DOROTHEÆ à SALIS
Parentibus dilectiſſimis,
Nobilitate conſpicuis,
Omnibus chariſſimis:
Quibus,
Poſt per functam ſæpius à Patre in
Prægallia ſupremam Provinciam
& in Vulturena Vicariatum,
Quemadmodum in vita utrique unus erat
thalamus,
ſic in morte unus datur utrique
Tumulus.
Vixit Pater LIV. Mater LX. Annos
Gubertus, Barbara, Dorothea,
Dorothea & Regina liberi mœſtiſs.
Poſuere.
Anno Domini M. DC. LVII.

Herr

A.S.1658. Herꝛ Heinrich Grebel deß Rahts von der Freyenwahl/ geweſener Obervogt der Herꝛſchafft Egliſaw vnd Weinfelden/ Landtvogt zu Lauis/ ſtarb den 7. Aprilis, ſeines alters im LXXIII. jahr Anno M. DC. LVIII.

A.S.1658. *Majævillæ.*

*Honorarium.*

Cujus deliciæ ſummæ<br>
Non fucato Deum candore,<br>
Syncero proxumum amore,<br>
Obſervanti Genitores cultu,<br>
Gratioſo bonos quoſvis vultu<br>
Revereri, Proſequi, honorare, ſibi devincire:<br>
Quæ nobilitatem ſtemmaque ſemideorum Heroum clarum,<br>
Virtutum omnium pietatis præſertim ac humilitatis<br>
corona cinxit, ſplendorem auxit<br>
MARGARETHA SALICÆA,<br>
CAROLI Magnanim. Herois Chriſt. Maj. Franc. ac Navar.<br>
Capitan. ſtrenuiſs. X. Iuriſdict. Landamman. ampliſs.<br>
Majævillens. Præfect. fidiſs.<br>
&<br>
HORTENSIÆ ab antiq. ac Nobiliſs. GVGELBERGORVM à MOOS<br>
Proſapia oriundæ<br>
Sanctimon. caſtit. Liberal. humilitat. natural. rer.<br>
Ad miracul. peritiæ famigerat. matronæ,<br>
Parentum,<br>
Cordis oculorumque deſiderium<br>
VRSVLÆ HORTENSIÆQVE ſororum ſolatium unicum,<br>
Virginalis ſexus decus,<br>
Caſtitatis Exemplar emendatiſs.<br>
Mundo lubens cui nunquam vixit<br>
Vt Chriſto æternum in cœlis viveret<br>
placide valedixit.<br>
ſui memor. peren. ac deſider. conſanguinitati<br>
admirat. univerſ. poſteritati<br>
Luctum Parentibus<br>
Qui in ſpem beat. reparationis,<br>
M. H. M. P. P.<br>
reliquit.<br>
B. Ann. XXIII.<br>
Θ. An. Sal. M. DC. LVIII. XXI. April. IOH. TONIOLA.

A.S.1660. Zürich.

Joh. Rudolph Stuky/ leſer der H. Schrifft/ Bibliothecarius vnd Schulherꝛ/ diß Geſchlechts der letſte/ iſt verſcheiden den 24. April. Anno M. DC. LX. ſeines alters im LXV. Jahr.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# SEQVENTIBUS ANNUS MONUMENTIS NON ANNOTATUS EST.

NEAPOLI IN S. SEVERINO.
Hoſpes, miſerrimæ miſerrimam defleas
orbitatem,
En illa HIPPOLITA MONTIA,
Poſt natas fœminas infeliciſſima.
Quæ HUGONI SANSEVERINO Conjugi,
III. maximæ exſpectationis fil. perperi,
qui venenatis poculis,
(vicit in familia, proh ſcelus! pietatem cupiditas,
timorem audacia, & rationem amentia)
Unà in miſerorum complexibus parentum,
miſerabiliter illicò exſpirarunt,
Vir, ægritudine ſenſim obrepente,
paucis poſt ann. in his etiam manib. exſpiravit.
Ego tot ſuperſtes funeribus,
Cujus requies in tenebris, ſolamen in lachrymis,
& cura omnis in morte collocatur,
quos vides ſeparatim tumulos,
ob æterni doloris argumentum
Et in memoriam poſui illorum ſempiternam.

SIENÆ IN S. FRANC. Epitaph. ridicul.

*Dominico da Siena teſta matta,*
*E qui ſepolto, un huomo ſenza vergogna,*
*Nacq;, viſſe, & morì con tanta rogna,*
*Che coſi morto, morto ancor ſi gratta.*

Ducis

## DVCIS BVKINGAMII EPITAPHIVM LONDINI POSITVM.

P. M. S.

Vanæ multitudinis improperium hic jacet:
Cujus tamen
Hiſpania Prudentiam,
Gallia Fortitudinem;
Belgia Induſtriam,
Tota Europa mirata eſt Magnanimitatem.
Quem,
Daniæ & Sueciæ Reges integerrimum,
Germaniæ, Tranſylvaniæ, Naſſoviæ Principes
Ingenuum,
Veneta Reſpublica φιλοβασιλῆα,
Sabaudiæ & Lotharingiæ Duces Politicum,
Palatinus Comes fidelem,
Imperator Pacificum,
Turca Chriſtianum,
Papa Proteſtantem,
experti ſunt.
Quem,
Anglia Architalaſſum,
Cantabria Cancellarium,
Bukingamia Ducem habuit.
Hic eſt ille Calamitoſæ virtutis
Bukingamius,
Maritus redamatus, Pater amans, filius obſequens,
Frater amiciſſimus, Affinis beneficus, Amicus perpetuus,
Dominus benignus & optimus omnium ſervus.
Quem,
Reges adamarunt, optimates honorarunt.
A quibus,
Honoribus auctus & negotiis onuſtus, Fato ſuccubuit,
Antequam par animo periculum invenit.
Quid jam Peregrine?
Ænigma mundo moritur.
Omnia fuit nec quicquam habuit,
Patriæ Parens & Hoſtis audiit,
Deliciæ item & querela Parlamenti;
Qui dum Papiſtis bellum infert, inſimulatur
Papiſta, dum Proteſtantium partibus conſulit, occiditur à Proteſtante.
Teſſaram ſpecta rerum humanarum.
At non eſt quod ſeriò triumphet malitia,
Interimere potuit, lædere non potuit;
Scilicet has preces fundens exſpirat:
Tuo ego ſanguine potiar mi IESV dum
mali paſcuntur meo.

Romæ in Capitolio eo loci ubi faſti, ad ſiniſtram
viſitur ſtatua ex marmore nigricante, hac addita,
Epigraphe literis inauratis.

VIRGINIO CÆSARINO,
Quiritum ſapientiſſimo,
Cui tanta ingenii vis ut doctus etiam haberi poſſit
abſque literis,
tam ampla literarum ſuppellex,
Ut admirationem movere poſſet etiam ſine ingenio;
Quem tanquam urbis miraculum, & Nobilitatis ornamentum
tùm indigenæ tùm Convenæ, Philoſophi, Poëtæ & Rhetores,
inviſebant,
Sua quiſque decora in humaniſſimo Mœcenate mirantes.
Cujus juventuti pertinax doctrinarum ſtudium, ſenilis
Prudentiæ gloriam comparavit, juvenilis valetudinis
robur eripuit.
Qui factus Adoleſcentibus exemplar virtutum & Parentibus
manſurum votorum,
nondum trigeſimum annum ingreſſus mortem occubuit
in Vaticano,
Sapientium lucubrationibus & Principum lachrymis illuſtrem.
Cui Pontificii cubiculi Præfectum agenti
URBANUS VIII.
Eccleſiaſticæ Purpuræ decus à præpropera morte
ereptum fuiſſe conqueſtus eſt.
Eidem publicis exequiis cohoneſtato
S. P. Q. R.
Annuente Pontifice,
Inter Triumphales Duces imaginem & monumentum
decrevit.
Ne minus literarum gloria, quam armorum,
Capitolium decoretur.

In ſepulchr. Bapt. BARTHOL. CLARICINI.
*Qui ſpeculum hoc cernis, cur non mortalia ſpernis?*
*Tali namq; domo clauditur omnis homo.*

LON-

LONDINI.

M. S.

GUILIELMUS COKAINUS Eques auratus, civis & Senator Londinenſis, ſeptemque abhinc annis urbis Præfectus, quia bono publico deceſſit & gaudio publico Regem Jacobum ad decorem hujus domus Dei ſeneſcentis jam & corrugatum, reſtituendum ſolenniter huc venientem, conſulatu ſuo excepit, idcirco in templo publico, ad æternam rei memoriam

*HIC SITUS EST.*

At verò & famæ celebritas quæ viget in ore hominum, & gloria beatitudinis, quam migrando adeptus eſt, & ſplendor ſobolis, quam numeroſam genuit, & nobilem reliquit, junctim efficiunt omnia, ne dicatur

*HIC SITUS EST.*

Uno cum illo tot homines mortui, quod in eo defunctæ ſunt virtutes, ſimulque & acies ingenii, & popularis elogii ſuada, & morum gravitas, & probitas vitæ, & candor mentis, & animi conſtantia, & prudentia ſingularis, & veri ſenatoris inſignia

*HIC SEPULTA SUNT.*

Jam tuum eſt Lector felicitatis ad culmen anhelare per iſta veſtigia laudis, & venerandi exempli imitatione curare, ne unquam virtutis ſemina ſic intereant, ut dicatur

*HIC SEPULTA SUNT.*

EPITAPHIUM MARIAE REG. ANG. PETEMBURGI, antequam Londinum tranſportaretur.

*Regibus orba, auxi reges, reginaq; vixi,*
*Ter nupta & tribus orba viris tria regna reliqui,*
*Gallus opes, ſcotus cunas, habet Angla ſepulchrum.*

ARGEND. AD COLUMN. IN LAPID. INAURATO.

*Marchio qui fuerim de Baden ædis & hujus*
*Cuſtos, vermiculis ſum datus eſca levis.*
*Qui legis hæc, diſcas, parcarum ſtamina nullis,*
*Nam mors quæq; rapit, parcere ſtemmatibus.*
*Si domus aut pietas inopum ſi cura, bearint*
*Quemquam, cum ſuperis Carole, nectar habes.*

## VERONÆ, IN MARIA ANTIQVA, MARCI ANTON. TURRIANI.

Ante annos ſciviſſe nocet, nam maxima virtus
Perſuaſit morti, ut crederet eſſe ſenem.
Febre extinctus peſtifera annor. XXXIII.
omnium incredibili cum luctu.
*Suada, Venus, Nemeſis, Charites, Sapientia, Muſæ,*
*Amplexæ incunis pectora Turrioli,*
*Pro ſe quiſq; ſibi trahere & contendere; Verùm,*
*Cum ſors vnq; ſimul omnibus æqua, foret:*
*Marte ſupervenìente, Venus; committimus (inquit)*
*Vno aſſenſu hominem judiciumq; tibi.*
*Ille ferox gladium nudans, hoc vicimus, aut vos*
*Hunc mecum: aut totus ceſſerit ergo mihi.*
Iul. Cæſar Scaliger amico ponebat.

## IN D. AMBROSII FANO. MEDIOL. VISITUR EPITAPH.

*CARLO TLISCO di gran robba, e gran governo,*
*Laſciò 'l corpo quà e l' anima al inferno.*

## FLORENTIAE MARSILII FICINI. IN S. MAR. REPAR.

*In hoſpes, hic eſt Marſilius Sophiæ Pater,*
*Platonicum qui Dogma, culpa temporum,*
*Situ obrutum, illuſtrans & Atticum decus*
*Servans, Latio dedit fores primus ſacras,*
*Divinæ aperiens mentis actus numine,*
*Vixit beatus ante Coſmi munere,*
*Laurúq; Medicis nunc revixit publico.*
Ejusdem.
*Mores, Ingenium, Muſas, Sophiamq; ſupremam,*
*Vis uno dicam nomine? Marſilius.*

## GANDÆ R. D. CORNELI JANSENI. ſepultus eſt Gandæ.

*Eſt tumulus ſacer hic, procul hinc procul impie abeſto,*
*Et ſacra diſpoſiti ne quate membra Viri.*
*Si neſcis, jacet hoc muro compoſtus avitæ*
*Nuper qui fidei murus æhenus erat.*
*Hic vitæ pietâtis apex & regula recti,*
*Hic ſacri textus Harmonia una jacet.*
*An ſatis hoc? patriam ne manes ut & inſuper addam?*
*Et decora & titulis nomina fulta ſuis?*
*Hic ſitus eſt Præſul Janſenius. Haud pete plura,*
*Cætera non poterunt bruta vel ipſa loqui.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BONONIÆ

A. M. P. P. D.

Ælia Lælia Criſpis, neque Vir, neque Fœmina, nec Androgyna, nec Puella, nec Juvenis, nec Anus, nec Caſta, nec Meretrix, nec Pudica, ſed omnia.

Sublata neque ferro, neque fame, neque veneno, nec igne, nee peſte, ſed omnibus.

Neque cœlo, neque terris, neque aquis, ſed ubique jacet.

Lucius Agatho Priſcus, nec Maritus, nec Amator, nec Neceſſarius, neq; mœrens, neque gemens, neque flens, hanc nec molem nec Pyramidem, nec ſepulchrum pos. ſed omnia. ſcit & neſcit cui poſuerit.

*Epitaph. in quod Joh. Turius Brugenſis, & Richardus Vilus Anglus, item & alii commentarios ſcripsêre. vid. Suertz. p. 381.*

---

LUNENBURGI CITHAROEDI SVMMI EPITAP. extat tale.

*Stenius hic recubat teſtudine ludere doctus*
*Cui perperit nullum Teutona terra parem.*
*Cùm moriebatur, Muſæ Charitesque gemebant,*
*Triſtis & abjecta flebat Apollo Lyra,*
*Aſt cœlum riſit: Quoniam ut mortalibus antè,*
*Sic inſigne melos nunc canit ille Deo.*

---

*In Sacello Itzehovenſi, in Sarcophago quē ſibi mortalitatis memor* HENRICUS RANZOVIUS *ex ſolido lapide excavari, & in prænominati conditorii medio, ad ſe in eodem ſepeliendum, poni curavit.*

In hoc Sarcophago conditus eſt HENRICUS RANTZOVIUS, Joh. Equitis Aurati filius, Henrici Nepos, Bredani pronepos, CaI abnepos, Regis Daniæ Chriſtiani III. Friderici II. & Chriſtiani IV. olim vices in Ducatibus Slesvicenſi, Holſati & Diethmarſiæ gerens, Præfectus arcis Segebergenſis, Dominus in Bredenberg, Ranzovv Ranzovisholm, Nutſchovv, Melbelk, &c. qui vixi annos ···· mortuus anno ····

Iob XIX.

*Et ego ſcio redemptorem meum vivere: & is noviſſimo die me è pulvere excitabit.*

COMPOSTEL. CHRISTOPHORI à COSTA.

*Africa te genuit, te fertilis Aſia pavit,*
*Te nunc Europa, Doctor à Coſta, tenet.*

COLONIÆ AD MINORITAS F. IOH. DVNS SCOTI.

*Scotia me genuit, Anglia me ſuſcepit,*
*Gallia me docuit, Colonia me tenet.*

*LUGDUNI BATTAVORUM.*

D. O. M. S.
&
æternæ memoriæ
IOSEPHI IVSTI SCALIGERI Iul. Cæſ.
A BRVDEN F.
Principum Veronenſium nepotis,
Viri, qui invicto animo una cum parente
Heröe maximo,
contra fortunam adſurgens
ac jus ſuum ſibi perſequens,
imperium majoribus ereptum,
Ingenio excelſo, labore indefeſſo, eruditione
inuſitata, in literaria rep.
quaſi fataliter recuperavit.
ſed præſertim ejuſdem modeſtiæ,
quod ſibi fieri vetuit,
Iidem qui in urbem hanc vocarunt
Curatores Academiæ ac urbis Coſſ.
hoc in loco monumentum P. E. L. C.
IPSE SIBI ÆTERNVM IN ANIMIS HO-
MINVM RELIQVIT.

*Quod ſi Scaligero meritis par vita daretur,*
*Non niſi cum mundo debuit ill mori.*

Zuzii in Cœmiterio.

*Matronas lapis iſte tegit de gente RASCHERA,*
*Quæ fuerant ſexûs gloria rara ſui.*
*Nobilibus nuptæ felici ſorte maritis*
*Plantarum illuſtri ſanguine progenitis.*
*Conradino Equiti, ſociata Dominica, Nato*
*Balthaſaris conjunx & Catharina fuit.*
*His vitæ fuerunt comites, probitasq́ pudorq́*
*Et pietas, veræ & religionis amor.*
*Oſſa tegit tumulus, mentes Deus intulit aſtris,*
*Aeternâ & cœli vivere luce dedit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DVACENÆ IOH. FOSSÆ Iucund. Poëtæ.

*Heic ſunt in foſſa FOSSAE mirabilis oſſa,*
*Qui ſibi condendo verſus cere comminuit brum.*

LONDINI IN D. PAVLI. IOHAN OVENI Cambro-brittani, Poëte celeberrimi.

*In Columna templi, effigies ipſius capite Laureato, cui inſcriptio hæc ſubdita.*

Parva tibi ſtatua eſt, quia parva ſtatura: ſupellex
Parva, volat parvus magna per ora liber.
Sed non parvus honos, nec parva eſt gloria quippe
Ingenio haud quicquam eſt majus in orbe tuo.
Parva domus texit, Templum nunc grande, Poëtæ
Tum verò vitam cum moriuntur, agunt.

*Pariſiis In S. Germani PETRI RONSARDI.*

Aſta viator ni piget & hæc pellege.
Dum pauca legis, heic multum odorum colliges:
Ronſardus etenim flos poëtarum heic ſitus eſt.
Quis ille fuerit literatus dat ſilex,
Suopte ſculpſit ipſe quem cœlo, indicans
Sua Camœna, morte dare mortalium
Niſi nominis perennitatem nemini.
Aſt illa amœno matris in ſinu hoſpitæ,
Nati oſſa propria conlocaverunt manu,
Laurusque vati vix ſuo ſuperſtites
Panxere ſimul, has ut tepens foveat cinis.
Quid ſi ſe humari & juſſerint grati ut ſiet
Spes nulla reditus ſæculo ingratiſſimo?

*CL. Binetus P. Ronſardo Poëtæ incomparabili,*
*Effuſis totius Gall. Lachrumis mærens B. M. Poſ.*

Petrus Ronſardus jacet hic, ſi cætera neſcis,
Reddere non potuit nobiliore loco.

Ingenii legumque potens Conſtantius atra,
Martis ſorte jacens, conditur his tumulis.
Hinc gemat hunc probitas, triſtis ſuſpiret honeſtas,
Et comitis funus plangat & ipſa fides.
Quis per bella fori totiens de jure triumphum
Retulit & ſævos perculit ore reos.
Ornavit proprio ſemper fulgore togatus
Eloquio mores, moribus eloquium.
Non multum, mors dira, noces in funere juſti,
Nil tua tela gravant, poſſidet aſtra pius.

*Hoc cum aliis Epitaphium Ianus Gruterus membranacco libro Biblioth. Palatinæ invenit & in opere inſcriptionum illo abſolutiſſimo Romanarum, allegavit p. 1167.*

# APPENDIX INSCRIPTIONUM EXOTICARUM SELECTISS.

Lutetiæ in aula Cardinalis Richelii, inter alia memorabilia, variæ quoque Regum, Reginarum, Principumque Effigies una cum Elogiis.

*Sub Effigie HENR. IV. Gall. Regis.*

HENRICUS IV. Galliam ab Hiſpanis & Perduellibus uſurpatam, Galliæ ſibique, dextra & ferro reſtituit. Phœnix exquiſitis ingentium virtutum odoribus immortuus, & è cineribus dato ſucceſſore, redivivus unus omnium admiranda inchoare potuit, unum, qui inchoata conſumaret, reliquit.

*Sub Uxoris Mariæ Mediceæ.*

MARIA MEDICES, Henrici Magni quondam uxor, Trium potentiſſimorum orbis Regum Mater & Socrus.

*Sub Effigie Ludovici XIII. Gall. Reg.*

LVDOVICVS XIII. Iuſtus, Pius, Fœlix, terra marique victor, Europæ arbiter, conſumpta ſectaria rebellionis excetra, domitis perduellibus, amplificato Imperio, ſummotis ultra Rhenum & Padum Franciæ hoſtibus, defenſis ſociis, retexta aulicarum factionum, quæ turbas in Regno ciebant, tela duo, ad cumulum gloriæ in cogitatione prima, in opere ultima Chriſtiani orbis pacem & populi ce.amentum quæ ſperamus, reſpirat.

*Sub Effigie Reginæ Ludovici XIII. Uxoris,*

ANNA Franciæ & Navarræ Regina, Regis Filia, Neptis & Vxor, mater quoque futura, ſi Deus Gallorum vota preceſque audiverit.

*Sub Effigie Cardinalis Richelii.*

Tot exantlatis, quos univerſus orbis audiit laboribus, hoc unum præſtitiſſe ſibi viſus eſt, quod ſumma rerum à Domino ſuo ſibi concredita, tanti Regis mentem ingenio aſſecutus ſecundante cœlo, forti animo feliciter executus eſt.

*Grandia qui tot facta vides, tollatur Imago,*
*Dicet: hæc non ſunt unius acta viri.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Romæ, in templo Mariæ rotundæ olim*
*Pantheon appel. ad dextram.*

URBANUS VIII. Pont. Max.
Vetuſtas ahenei lacunaris
reliquias,
In vaticanas columnas &
Bellica tormenta conflavit,
ut decora inutilia,
& ipſi prope famæ ignota,
fierent
In vaticano templo
Apoſtolici ſepulchri ornamenta.
in Hadriana arce
Inſtrumenta publicæ ſecuritatis.
ANN.DN. M.DC.XXXII. Pontif.IX.

AD SINISTRAM.
PANTHEON,
ædificium toto terrarum orbe
celeberrimum,
Ab Agrippa Auguſti genero
Impiè Iovi cæteriſque mendacibus Diis,
Bonifacio IV. Pontifice
Deiparæ & SS. Martiribus piè,
dicatum,
VRBANUS VIII. Pont. Max.
binis ad campan. æris uſum,
turribus exornavit &
nova contiguatione munivit.
AN. DN. M.DC.XXXII. Pont.IX.

## INSCRIPTIO MUSÆI ET PINACOTHECÆ, QUÆ extat aquis Sextiis, Aix, in Provincia Galliæ, in ædibus Domini Borillii.

Quiſquis huc ingredi
aggrederis,
Sis te tantillum gradum & quod te paucis volo
ſi lubet ac licet lege.
Ab orbe magno in parvum jamjam ingrederis,
at ne appete Mercurii talaria, uno paſſu totum
intervallum ac iter eſt. Argo tamen oculos invide
ut invita videas & invidenda. Hic enim ſe in avibus
Cœlum; Aqua in piſcibus; In animantibus terra;
In omnibus ignis includere amaverunt. Hic quod
natura ſeu ingenii, ſeu erroris miraculo fudit,
quod ars Dædala deſudavit, commendavit fortitu-
do; Antiquitas extulit; tulit majeſtas, conge-
ſtum digeſtumque momento aſpicies & ſuſpicies. Diu:
atque ut ſemel dicam, hic rarum eſt nihil, ubi rara
ſunt omnia. Niſi ſi hoc unum tibi rarum eſt.
Parvi hujuſce orbis
Bonifacius Borillius,
magnus eſt opifex
& Rector unus.
Iam quo abibis hinc? Tertium an quire orbem
aut ne hinc abi. Hoſpes vale ac Soſpes vive.

NEAPOL. IN AVLA MAGNA PROPE IMAG. IVSTIT. CÆC.

Cum æterni tribunal judicis illum reum non habeat, quem injuſtè reus condemnat, reſtante Propheta, nec damnabit illum cum judicabitur ei: Caveant judices & prudenter attendant, ut in cauſarum proceſſibus, nil vindicet odium, vel favor uſurpet, timor exulet, & præmium aut exſpectatio præmii juſtitiam non evertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis ſententiis & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum, qui eſt laudabilis & glorioſus, per infinita ſæcula ſæculorum.

---

MASSILIIS AD PORTAM REGIAM, LOCVS EST RELICTVS ſtatuæ, quæ nondum adpoſita, hac addita inſcriptione.

PETRO Liberto Libertatis aſſertori, Heroi malorum averunco, pacis civiumque reſtauratori, quod ejus auſpiciis ab infeſtiſſima Caſali tyrannide patriam liberavit, auctuarias Hiſpanorum è portu expulerit; quod tandem Henrico IV. Regi Chriſtianiſs ac ſemper Auguſto, urbem reſtituerit, & profligatis civibus libertatem ominato nomine donaverit, hoc inſigne ſtatuæ trophæum S. P. Q. M. decrevit.

---

*In Palatio Conſilii magnì Venetorum.*

Omnibus, qui Patriam conſervarint, adjuverint, auxerint, certum eſt, eſſe in cælo definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruantur. Quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia cœtusque hominum jure ſociati, qui Civitates appellantur, hac etiam in rectores & conſervatores cœlo profecti illuc revertantur. Averſamini igitur vitia, colite virtutes: ad rectas opes animum ſublevate, humiles preces in excelſo porrigite. Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non velitis, neceſſitas inclytæ probitatis, cûm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis.

---

In Sacello Palatii Florentiæ.

1. *Animo proprio iram furoremq; ſedare, atque reſtinguere, magnæ victorioſæq; fortitudinis eſt.*
2. *Quod non licet concupiſci, non licet intueri.*
3. *Impunitatis ſpes, maxima peccandi illecebra, &c.*

Supra

*Supra Tribunal Curiæ Patav.*

Excute manus ab omni munere: partes patienter audi: benignè reſponde: juſtè judica.

*Ibidem.*

Parcere ſubjectis ſcit nobilis ira leonis;
Tu quoque fac ſimile, quisquis regnabis in orbe.

*In Prætorio Mediolanenſi.*

In controverſiis cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur: fit amiſſio expenſarum: labor animi exercetur: corpus quotidiè fatigatur: multa & inhoneſta crimina inde conſequuntur: bona & utilia opera poſtponuntur: & qui ſæpè credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt: ac ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt.

Europa ſalutat Rodolphum II. Imp. Viennæ.

*In te, magne, mihi ſpes eſt magna, RODOLPHE,*
*Cæſar ades rebus tuq; Deusq; meis.*
*Afflictæ mea fata vides: afflicta ſed oro*
*Sis memor Europæ per mea fata tuæ.*

*In Palatio Parlamenti Pariſienſis.*

Facite judicium & juſtitiam; quòd ſi non audieritis hoc, in me juravi, dicit Dominus, quòd deſerta erit domus hæc. *Jerem.* 22.

Videte judices, quid faciatis; non enim hominis exercetis judicium, ſed Dei. & quodcunque judicaveritis, in vos redundabit. 2. *Chron.* 19.

In domo Taurnelle dicta, Pariſiis, quò vulneratus Rex Henricus II. delatus erat, (qui poſt nuptias filiæ, Genevam, ut hæreſeon lacunam delere in animo habebat) hæc exſtat inſcriptio unà cum hiſtoria:

SAVL SAVL, QVARE
ME PERSEQVERIS?

Cathedra, in qua coronantur Reges, Londini; ſub qua latet lapis cum hac inſcriptione.

*Si quid habent veri vel Chronica cana fidesve,*
*Clauditur hac Cathedra nobilis ecce lapis.*
*Ad caput eximius IACOB quondam Patriarcha*
*Quem poſuit cernens numina mira poli.*
*Quem tulit ex Scoltis ſpoliatus victor honoris*
*EDVARDVS primus Mars velut armipotens.*
*Scottorum domitor noſter validiſſimus Hector,*
*Anglorum decus, & gloria militiæ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*In Arce Regia VVoodtſtocke* ELISABETHA *Angliæ Regina, à Maria ſorore captiva detenta, cùm in maximo vitæ verſaretur diſcrimine, carbone rhithmos hos Anglicos à ſe compoſitos feneſtræ ligneæ propriâ manu inſcripſit.*

Oh fortune thy Wreſting wavering ſtate,
Hath franght with Cares my troubled witt;
Whefe witnes this preſent priſonn late,
Could beare mhere once was joy sloune quitt,
Thon cauſedſt the gniltle to be loſed,
Frombandes wehre innocents wehre indoſed
And conſed the gniltles, te bereſerned.
And freed theſe that death had Vuell deſerned
Butt allhereni canbe nothing Vuronghle,
So God ſend to my foës althey have tongle.

*Eliſabethe the priſonner.* 1555.

H. E.

*O' fortuna, tuum ſemper variabile numen*
*Implevit curis animum mordacibus ægrum;*
*Carcer hic eſt teſtis, qui gaudia cuncta removit;*
*Sæpè terris miſeros tentaſti ſolvere vinclis,*
*Et ſervare tibi innocuos juſtiſſima cura;*
*Sed tamen inde tuo fallaci fidere vento*
*Nulli conſultum puto; nam mutaris in horas.*
*Tandem Iova Pater, qui ſervantiſſimus æqui,*
*Et ſcelerum vindex es juſtus, tela retunde*
*In me miſſa, meis inimicis lance repende*
*Aequâ, fac videam propriis contraria votis.*

Eliſabetha captiva Pt.

*In Regii Conclavis janua, Cracoviæ.*

Digito compeſce labellum. Occaſionem noſce.
Noſce te ipſum. Tecum habita.

*In aditu Curiæ Genevenſis.*

Quum anno 1535. profligatâ Romani Antichriſti tyrannide, abrogatisque ejus ſuperſtitionibus, S. S. Chriſti Religio hîc in ſuam puritatem, Eccleſia in meliorem ordinem, ſingulari Dei beneficio, repoſita; & ſimul pulſis fugatisque hoſtibus urbs ipſa in ſuam libertatem non ſine inſigni miraculo reſtituta fuerit: Senatus Populusque Genevenſis, monumentum hoc perpetuæ memoriæ causâ fieri, atque hoc loco erigi curavit: quo ſuam erga Deum gratitudinem ad poſteros teſtatam faceret.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*In Curia Telamontana.*

Oppida multa ruunt hoſtili everſa tumultu;
At tibi non aries, non nocuêre minæ.
Igne peris TELSPERG, incendia dira ſuborta
Mœnia, Templa, domos, limina, tecta vorant.
Quid Pater ignipotens alienis montibus erras?
Nónne ſatis folles concitat Aetna tuos?
Deſeris Aeoliam, ſpreta eſt Vulcania Lemnos,
Incubat externo vis tua ſævo loco.
Bis octona dies, præter tria tecta, Novembris
Urbem hanc exedit ignibus horridulis.

Anno Sal. 1487.

ROMÆ IN CAPITOLIO EO LOCI UBI FASTI.

M. ANTONIUS ASCANI F. EABRICII N. COLUMNA.
Marſor. & Hernicor. Dux inita inter Pium V. Pont. Max.
Philippum Hiſpan. Regem Catholicum & Remp. Vene-
tam ſocietatis claſſis Pont. Præfectus.
De Turcis Non. Octobr. ad Echinadas,
Navali prælio victis
IↃC. Navigiis in poteſtatem redactis,
demerſis, fugatis.
CHRISTIANOR. XV. Mill. in libertatem aſſertis,
Hoſtium XXX. Mill. Cæſis. X. Mill. captis.
Re optimè geſta & victoria omnium maxima
mari parta. Ex S.C. & Pii V. Sum. Pont.
authoritate more majorum prid. Non. Decembr.
Anno à X. nato CIↃ. IↃ. LXXI.
Triumphavit.

*Romæ prope domum Mercatorum ad porticus*
*ruina quædam muri cum hoc Epigrammate.*

JULII CÆSARIS VACHERII,
Perditiſſimi homini infamis memoria,
Qui cum in rempublicam conſpiraſſet obtruncato capite,
publicatis bonis, expulſis filiis dirutaque domo,
debitas pœnas luit.
ANN. SAL. M. DC. XXVIII.

*Romæ in Capitolio, eo loci ubi ſtatua poſita Alexio Farnaſio.*

THADÆO BARBERINO,
Præneſtinorum Principi,
&
Summo Eccleſiaſticarum copiarum Duci
Priſtinæ Vrbanæ Præfecturæ gloriam,
Quæ pridem aberat ab Vrbe
In Capitolium reducenti
Roma gratulans
Publicum grati animi monumentum
Ex S.C. poſuit.
Anno M.DC. XXXI. d. XX. Septembr.
Petro Franciſco Paulo,
Fabio Fano,
Petro Antonio Muto Coſſ.
Fabio Celſo, Priore.

*Lapis repertus Panonii propè aventicum in templo & translatus in arcem aventicum. Præfecto Dn. Antonio Stettlero.*

D. M.
VALERIÆ,
SECCÆ,
QVÆ IVCVNDE
VIXIT ANNIS LXV.
L. SEVERIVS,
MARTIVS IIIIII. VIR.
AVG. MARTIVS,
F. C.

*Anno M.DC.LIII. D.IV. Novembr. in minor. Baſil. in horto Cœnobii Clingenvall. effoſſa maſſa plumbea oblonga LX. circiter librarum cum inſcript.*

SOCIETAT. ······ S.I. LUC. RED.

*Anno M. DC. XXXIV. Marmor Romæ erutum.*

PRO SALVTE DOMVS AVGVSTI
EX CORPORE PAVSANIORVM ET
ARGENTARIORVM ISIDI ET
OSIRI MANSIONEM,
ÆDIFICAVIMVS.

CIRCA

CIRCA LUG. BATT. IN AGRO VORBURGENSI REPERTUS
*eſt lapis quatuor plus minus pedes altus, duos circiter
latus, unius craſſitudine, erutus nimirum
Anno* CIϽ. IϽC. XXIV. *Iun. VII. ſpectante
Thoma Segeto qui & primus exſcripſit atq;
inde Vir Clariſs. Ioachimus Morſus,
in modum ſeq.*

I. O. M. SARAPI.
ISIDI. FRVGIFERO.
COELESTI. FORTVN.
BONO. EVENTO.
FELICITATI. LARI.
VIALI. E. GENIO.
LOCI. L. LVCRETIVS.
PAL. FAVSTINIAN.
Ͻ. LEGI. I. M. P. E. PRO SE
SVISQ. I. E. R. V. L. CONIAC.

Hæcce Mercator in Atlante pag. 212. explicat.

*Romæ in area Vaticana in obeliſco verſus
Hoſpitale Trium Regum.*

ECCE CRVX DOMINI,
FVGITE.
PARTES ADVERSAE,
VICIT LEO,
DE TRIBV IVDA.

MANTUÆ IN FORO.

*Qui virtute nitet, claris inſcribitur aſtris,
Sic homo ſit fama non moriente Deus.*

IN PALATIO CAPITANEI BRIXIÆ.

*Hic locus odit, amat, punit, conſervat, honorat,
Nequitiem, pacem, crimina, jura, probos.*

IN FORO CREMENSI SUB JUSTITIA.

*Nec prece nec precio ſto, ſed libramine recto,
Sceptrum æquitatis, ne cuiquam oppreſſio fiat.*

*LVGDVNI*

*LUGDUNI GALL. INSCRIPTIO AULÆ ARCHIEPISCOPALIS,*
*Supra portam juxta inſignia Vrbani VIII. P.*

Sugite Nectareo madidantia lilia rore,
Delicias pacis fugite pacis aves,
Sinite pacificis volucres in floribus. Orbem
Nam condire ſuo lilia melle queunt.

*Quo alludentes quidam Papam rebus Gallicis plus æquo addictum, fore ſuſpicati, hoc ſparſere diſtichon:*

Mella dabit Francis. Hiſpanis ſpicula figet,
Spicula ſed figens & vita & melle carebit.

In imaginem mortis, Ravennæ.

*Excipit innumeros hominum brevis urna labores,*
*Et redit in cineres vita caduca leves.*

In Phœnicem, ibid.

*Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci,*
*Mors ea nec dici, ſed nova vita poteſt.*

In Pellicanum, ibid.

*Magnus amor, permagna fides, quàm-maxima virtus,*
*Alterius vitam morte parare ſuâ.*

*In Vaticano Romæ depicta eſt cædes Amiralii Gallici, facta in nuptiis Regis Navarræ, cum hac inſcriptione.*

CASPAR COLIGNUS olim Amiralius accepto vulnere domum defertur Gregorio XIII. Pontif. Max. M. D. LXXII.

In Armamentario Venetorum.

*Felix civitas, quæ tempore pacis de bello cogitat!*

*In Templo S. Mariæ Ferrarienſi.*

Quæ ſunt, pro his, quæ non ſunt: quæ ſi eſſent, pro his quæ cùm ſint, non ſunt que videntur eſſe, pro his quæ clàm ſunt, in cauſa ſunt, ut, quod eſtis, ſitis.

*In horto Ducis Mantuæ.*

Plurimum facere, minimum loqui. Ignem gladio ne fodias. Tace, quod taceri vis. Tempus noſce. Aura fave. Amor non imperatur. Si vis amari, ama. Nec ſpe, nec metu. Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.

*Extra portam S. Mariæ, Bononiæ.*

Si tibi pulcra domus, ſi ſplendida menſa; quid inde?
Si ſpecies auri, argenti quoque maſſa? quid inde?
Si tibi ſponſa decens, ſi ſit generoſa; quid inde?
Si tibi ſint nati, ſi prædia magna; quid inde?
Si fueris pulcer, fortis, divéſve; quid inde;
Si longus ſervorum inſerviat ordo; quid inde?
Si doceas alios in qualibet arte; quid inde?
Si faveat mundus, ſi proſpera cuncta; quid inde?
Si Prior, aut Abbas, ſi Rex, ſi Papa; quid inde?
Si rotæ fortunæ te tollat ad aſtra; quid inde?
Si felix annos regnes per mille; quid inde?
Tàm citò tàm citò prætereunt hæc, ut nihil inde.
Sola manet virtus. quâ glorificabimur inde.
Ergo DEO ſervi, quia tot tibi provenit inde,
Quot feciſſe voles in tempore quo morieris,
Hoc facias juvenis, dum corpore ſanus haberis.

*Ad S. Mariæ, Senæ.*

HERMES TRISMEGISTUS, contemporaneus Moyſi. Suſcipite literas & leges ô Ægyptii. Deus omnium creator ſecum Deum fecit viſibilem, & hunc fecit primum & ſolum, quo oblectatus eſt, & valdè amavit proprium Filium, qui appellatur ſanctum Verbum.

Sub pictura ſacrificii Abelis & Caini. Piſis.

ABELI.

*Sacrum pingue dabo: non macrum ſacrificabo.*

CAIN,

*Sacrificabo macrum: non dabo pingue ſacrum.*

In Palatio Veronæ, ad imaginem Juſtitiæ,

*Vos omnes moneo, cavete noſtrum*
*Numen lædere; ſum ſevera vindex.*

*Placentiæ.*

Multi nimiùm, nemo ſatis.
Non refert quà, ſed quò.

Genuæ.

*Ne quid nimis, videto: ubique medium ſervato.*
*Quod excellat intùs eſt quærendum.*
*Manè quid acturus: ſerò quid feceris.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In aditu Templi Franciſcanor. Bergomi.

*Morti morte tuâ mortem moriendo dediſti,*
*Eſt tua mors mortis, Chriſte, medela meæ.*

Ante Hoſpitale Orphanorum, Faventiæ.

*Quos parentum paupertas, pudórve repulit,*
*Pietas hujus loci recipit.*

In Templo quodam prope Mansfeldiam clades Henrico V. Imp. à Lothario Saxone inflicta cum hac Inſcriptione extat:

*Anno milleno, centeno, ter quoque quino,*
*Sylvam Welphonis perfundit unda cruoris.*
*Sunt ferè necati quadraginta millia quinque,*
*Ipſo nempe die Dionysi Martyris almi.*

Ita verò Henricus pœnam dedit tyrannidis in Patrem Henricum IV. quem imperio contra jus gentium ejecit.

*Vratislaviæ faſtigium turris Eliſabeth. altum 119. cubitos corruit in Vigil. Matthiæ Apoſtoli, horâ 2. noctis, in qua ruina nemo præter felem læſus fuit. Inde talis inſcriptio ad D. Eliſabethæ:*

Mirabilis in altis Dominus.

*Collapſa eſt turris Syloë madefacta cruore,*
*Pyramide hac noſtra nemo cadente perit,*
*Nam juſſu Domini exceptam, cui gloria ſoli,*
*Angelicæ molem depoſuêre manus.*

*Ad Caminum Bibliothecæ Parmenſis.*

Præcipua domus utilitas & pernicies: IGNIS & LINGVA.

*AVRELIAE IN GALLIA IN HORTO CAPVCINORVM, erectus globus ſolaris cum Quadrangulis XVIII. & triangulis VIII. in quo hæc inſcriptio.*

Nos jours paſſent comme l'ombre,
Perſonne n'en ſcait le nombre,
Les temps qui court ſans arreſt,
N'en regle point les eſpaces,
La mort ſeule à toutes faces
Peut marquer quelle heur il eſt.

*Narbonæ in aula inferiori domus ARCHIEPISCOPALIS viſitur anno circiter M. IↃC.XL. è vetuſtiſſ. ruinis erutus lapis cum inſcriptione ſequenti.*

Imper. Cæſari M. AURELIO ANTONIO,
Aug. Pio, Felici. Arab. Adlalenico
Parthico maximo, Britanico max.
German. Max. Patri Patriæ,
Narbonens.

*RAVENNAE ad S. Vitalem penes Raſpanorum, Monumenta.*

A re terrena { procedunt mille venena.
requies removetur a nœna.
Sanctorum mens aliena.

De re terrena { non ſit tibi gloria plena.
non ſit tibi plena crumena.
tua mens non fiat amœna.

In re terrena { labor eminet atque cathena.
nec lex nec juris habena.
nihil eſt aliud niſi pœna.

*Inſcriptio Scholæ Palatinæ medtolani.*

Quiſquis es, otioſus ſeu negotioſus,
ſuſpice.
OtI hic locus eſt
olimque fuit,
In quo Themidem & Suadas colas:
hæc te virum, illa civem faciet,
bona bonum,
Sed heic faciet, Veni,
ut in otio negotioſus fies,
in negotio otioſus,
ERICIUS PUTEANUS, C.R.
Prof. Eloq. & Hiſtoriog. regius,
D. D. D. P. P. P.
Vido MAZENTA Præfecto Urbis,
M. DC. V.

In Schola Budiſſina.

*Prima bonæ mentis ſit cura, ſit altera morum,*
*Tertia literulas perdidiciſſe bonas.*
*Quæ virtute caret, non eſt doctrina putanda;*
*Et Chriſtum ignorans, bellua totus homo eſt.*

Inſcriptio Muſæi Monaviani,
Vratiſlaviæ.

*Domino DEO noſtro Ieſu Chriſto, unico Regni ſanctorum hæredi, perenni vitæ fonti: triumphanti mortis victori: æterno beatarum animarum hoſpiti S.*

Summa in his terris tùm ſapientia, tum felicitas eſt, poſſe quieſcere, ac tua potiùs agere & propria, quàm aliena. Deinde utraque fortuna, & ſive ſit agendum, ſive patiendum, in DEUM potiùs, quàm in homines reſpicere, & ab eo ſolo pendére. Mortem denique ſuam perpetuò ſic meditari, ut peccatum potiùs fugiatur, quàm illa nimis metuatur. Mundum præterea, quæq; ſunt illius, deſpicere ſimul & odiſſe. De vita perpetua magis, quàm de hac fragili & caduca ſolicitum eſſe: animæque curam gerere majorem, quàm corporis, & ita ſeſe comparare, ut anima priùs læta libensque hinc in cœlos evolare cupiat, quàm è tabernaculo ſuo evocetur.

Villaci Carinthiæ in Templo ad S. Jacobi.

*Sub M. C. triplo quadraginta octo tibi dico,*
*Tunc fuit terræ motus, Converſio Pauli,*
*Subvertit urbes, Baſileam, caſtraq; Villaci.*

*Hamburgi.*

Juſtitia ſine prudentia multum ad fidem faciendam valet: ſed prudentia ſine juſtitia nihil.

*In porta ſurdorum, Bremæ.*

Reſpublicæ, poſt DEUM, nullo monimento tutiores ſunt, quàm virtute civium. Civis verò is eſt, qui ſincerè patriam diligit, ac bonos omnes ſalvos incolumesque deſiderat.

*In ædibus Finckelthuſianis, Lipſiæ.*
Chriſtianus.

*Mundi cùm ſpecies pereat citò, gloriaq; omnis;*
*Quæ via dic vitæ Paule ſequenda mihi?*

Paulus.

*Vive DEO, juſtè partis rectè utere, & hora*
*Quavis mortalem te ſimul eſſe ſcias.*

In veſtibulo Scholæ Marianæ, Dantiſci.

*Hæc domus eſt Chriſto, ſtudiisq; dicata juventæ.*
*Nemo ſacrum violet dedecoretq; locum.*

Bryſaci, in arce.

*Hanc Dux BERCHTOLDVS portam ſtruxiſſe notatur,*
*A quo pro fraude Burgundia depopulatur.*
Circa annum Chriſti M. C.

Friburgi.

*Anno milleno, centeno, bis quoq; deno*
*Friburg fundatur, BERCHTOLDUS Dux dominatur.*

*In Summo Templo Argentinæ.*

Vetuſtiſs. Statuæ Fidei, Legem alloquentis. hæc verba tribuuntur.

Mit Chriſtus Blut vberwind ich dich.

Cui Lex reſpondet:

Daſſelbig Blut erblendet mich.

*Inſcriptio Maxumæ Campanæ Bernenſis, cujus Diameter XII. Spitamarum juſtarum.*

Divorum vanis ſervivi cultibus olim
Scilicet ſic voluit cæca ſuperſtitio.
At nunc Chriſte tuo ſervire unius honori,
Vera fides, Pietas, relligioque jubent.
An. M. DC. XL.

*Placentiæ ante Hoſpitium Famæ.*

Te vivo, Octavi, timeat quis Martis alumnos?
Quis Cereri metuat, cui noceatque malus?
Te duce tuta fides, Duce te ſtant roſcida mella,
Vel rigidæ quercus, te duce jura vigent.

*Epigramma Bibliothecæ Mediceæ curante confici Coſmo Medices Tuſcorum Dux Magnus.*

Coſmus in has ædes meliora volumina κόσμυ
Tranſtulit, & primas quas habet orbis opes:
Sic genuit tandem ſterili de nomine Coſmus,
Rem tibi tum mundo cœlitibusque parem.

*Inſcriptio Auditorii Theologici Heidelberg.*

Diſcamus in terris, quorum ſcientia perſeverat in cœlis. *Hieron. ad Paulinum.* CIↃ IↃ CI.

*In Curia ibid.*

Qui conſilium dat, præſtare fidem, non eventum debet.

Die Obrigkeit an ſeine ſtatt
Auff Erden Gott verordnet hat:
Daß ſie eim jeden Recht verſchaff/
Die Frommen ſchütz / die Böſen ſtraff:
Vnd daß man jhr gehorch mit fleiß/
Wann nur nicht ſünd iſt jhr geheiß.
Fridrich der vierdt des Nammens itzt
In Churfürſtlicher Hochheit ſitzt.
Der glimpff vnd ernſt dermaſſen übt/
Daß jhn das Volck förchtet vnd liebt.
Solch Regiment iſt lobens währt/
Wol den Leuthen/den's Gott beſchert.

---

*Muſæo ſuo Zacharias Urſinus hoc inſcripſit.*

Amice, quiſquis huc venis,
Aut agito paucis: aut abi:
Aut me laborantem adjuva.

---

In horto cujusd. Nobilis Antverp.

*Qui non mortalis fuerat, dum peccat in horto,*
*Perdit homo vitam juſtitiamque miſer.*
*Pro nobis DEUS at factus mortalis, in horto*
*Et vitam Chriſtus juſtitiamque refert.*
*Res miranda: omnis cùm non ferat omnia tellus.*
*Proveniunt uno vitaque morsque loco.*

---

*Inſcriptio Navis, quæ totum orbem ambivit.*

Prima ego velivolis ambivi curſibus orbem,
MAGELLANE novo te duce ducta freto.
Ambivi, meritoque vocor VICTORIA, ſunt mi
Vela alæ; precium gloria; pugna mare. *Arnhemii in Geldria.*

---

IN AMBITV MONASTERII GERMANORVM BONONIÆ.

*Siſte gradum, ſpecta monumentum hoc, quæſo, viator!*
*Quod pia quod cultrix legum Germana juventus*
*Condidit, ut genti pateat commune ſepulchrum,*
*Vt Germanorum Manes poſt fata quieſcant,*
*Sacra Parentali capientes annua ritu.*
M. D. I.

O quàm fragilis (ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ) fuit voluptas.

*PATAVII IN HORTI MEDICI VESTIBVLO.*

I. Portam hanc Decumanam ne pulſato ante diem Marci Evangeliſtæ nec ante horam XXII.
II. Per decumanam ingreſſus, extra decumana ne declinato.
III. In viridario ſcapum ne confringito, neve florem decerpito, ne ſemen fructumve ſuſtollito, radicem ne effodito.
IV. Stirpem puſillam, ſuccreſcentemque ne attrectato, neve areolas conculcato.
V. Viridarii injuria ne afficiuntor.
VI. Nihil invito præfecto attentato.
VII. Qui ſecus faxit, ære, carcere, exilio, mulctator.

AVGVSTÆ, HOROLOGII ARCTOÆ TVRRIS INSCR.

*Signa, dies, horas, vaga ſidera, lumina ſolis,*
*Hic typus oſtendit, faciemq; imitatur olympi.*

*Lipſiæ, in ædib. Hortor. Marci PFEIFFERI.*

Heus tu quiſquis in hæc furtim viridaria, reptas,
Ne continge tuâ, non tua poma, manu.
Sed tangis, video: faxit Deus ergo quod opto,
Cum malis noſtris & mala noſtra, feras.

*Aquisgrani, in foro erectæ, quæ I. Kalckberner à Carnifice in IV. partes diſſectam exhibet perſonam, Columnæ, inſcriptio.*

Sic pereant,
Qui hanc Rempublicam,
Et ſedem Regalem,
Spretis S. Cæſ. Majeſtatis
Edictis
Evertere moliuntur:
Ad damnandam memoriam,
Johann. Kalchberner
In ultimo tumultu An. cIↃ. IↃ. CX.
hic excitato,
Inter perduelles anteſignan.
Columna hæc ex decreto
D. D. ſubdelegatorum S. Cæſ. Majeſtatis,
erigi juſſa,
III. Non. Decembris.
An. cIↃ. IↃc. XVI.

FRAN-

*Franciſci Suertzii Biblioth. Inſcript. Antverp.*

Quiſquis es
hanc legem lege;
Herus & Heres edico tibi,
Muſarum Apollinisque ſacer hic locus,
multis clauſus, paucis recluſus.
Si cum paucis vivis, ſapis;
adeſto, in eſto,
Quoſcunque libros qualescunque
ſpectabis inibi, liberè
tangito, legito.
Impreſſi nei perturbantor,
Manuſcripti nei tanguntor
Ad tentare ſecus
capital. eſto.
Viſi, lective, electi placitive
Nei rogitantor; nei efferuntor:
Importunus ſi ſies,
exeſto, abito.
Ignotis, nullos, nunquam:
Amicis, rarò, paucos
dabo, vix dabo.
Legis qui temptor cluet:
Muſarum Apollinisque hoſtis,
Sacrificator.
Apolini Muſisque hoſtia
Aſt audiri? fallenti me ſemel,
Perpetim CLUSIUS inſiſto.

---

*Antverp. Portæ Regiæ ad Scaldim Inſcr.*

Porta Regia
Vrbi muniendæ & ornandæ
Ex S. C. Poſ.
Cui Tagus & Ganges, Rhenus, cui ſervit & Indus
Huic famulas gaudet volvere Scaldis aquas:
Quasque Proavo olim vexit ſub Cæſare puppes
Has vehet auſpiciis, magne Philippe, tuis.
*S. P. Q. Antverp. hanc molem dedicabat* VIII. *Kal. Maji.* CIƆ. IƆC. XXIV.

*Inſcr*

*Inſcr. Damportæ in advent. Archiducum Alberti & Iſabellæ, Gendæ in Fland.*

Magni Principp. magnam ſubituri Vrbem, ſalvete.
Piis conatibus, parvis apparatibus benigni,
favete.
Si quid decens probate, ſi minus excuſate,
Temporis Anguſtiæ, Cœli inclementiæ
clementer condonate.
Obſequium atque animi faventiam mage
quàm Magnificentiam in re tenui noſtra ſpectate.
Ita vos regat, ita vos tegat,
Qui nos qui cæteros Belgas vobis regendos,
Vobis tegendos commiſit propitius DEVS.

Vltrajecti inſcr. columnæ.

*Accipe poſteritas quæ poſt tua ſecula narres*
*Taurinis cutibus fundo Solidata columna eſt.*

Bredembergæ in arce illuſt. D. HENRICI RANTZOVII, Vicarii Regii Inſcr. Portæ.

*Si nihil ædificas, qui ſpectas noſtra, Viator*
*Aut mea ne carpas, aut meliora ſtruas.*
*Si meliora tenes; id Divos poſcito mecum,*
*Ne, quod uterque tenet, faſcinet invidia.*

*Ibid ejusd. Seminar. Arbor. Inſcriptio, Cippo inciſa.*

Anno Domini 1580. H. R. has, quas vides, quercus ordine plantavit, abietes conſevit, betulas in vallo diſtribuit, cæterasque arbores in hoc ſeminarium aliunde translatus, & ſatas coluit, foſsâque munivit, ac initium ſationis aſcribi juſſit, eam ob cauſam, ut harum arborum ætatem explorare poſſit poſteritas, quam in omnia orbis ſecula æternæ divinitati commendat.

ALIA.

*Has ego conſevi quercus, betulasq; patenti*
*In campo, propria, diſpoſuique manu.*
*Et rogo ne temerè violet lædatve ſecuri,*
*Poſt mea qui tandem fata ſuperſtes erit.*
*Scilicet ex illis, quot quercus duret in annos,*
*Poſteritas facilè diſcere ſera poteſt.*

LIPSIANI HORTI IN IPSO ADITU, SUB PERSONA IANI B. F.

Quiſquis es, *ſta lege*, PARE
Janus ad hoc limen ſic EDICO.
1. Horto & Hero fruendi tibi jus eſto:
Sed illo, ad aſpectum: iſto ad ſermonem.
Niſi oculis quicquid heic ſatum aut natum, ne
LIBATO.
Tiro eſto, manum apud te habeto.
Si effers ad tactum aut ad raptum:
Verbo dicam te EFFERTO.
2. Sed nec Hero uſque quaque fruitor.
Ante ſextam veſpertinam ne adito:
Poſt ſeptimam ne maneto.
Horæ aliæ ad illi curas.
Heic cogitat, heic pangit:
STILUS heic eſt. abi muſca:
Quid ſi & Cœna? abi muſca.
2. Sermones etiam ne exleges.
Jocari licet:
Rogare licet,
Sed nihil ſerium.
Gratiarum hic locus eſt.
4. Si quid amœnius tamen in ſtudiis
Inter ambulandum
Diſſere, doce, diſce.
Et Muſarum hic locus eſt.
5. Tu qui ſerioſus,
Tu qui rixoſus,
Exeſte.
Cluſius ego ſum vobis.
Canis, præter unam, emaneto.
Hecuba, præter unam, emaneto.
Habes? hoc etiam,
Quoquo te agis, te videbo.

*HEN. RANZOV. de Bibliot. ſua decretum perpetum.*

Quæ infra ſcripta ſunt hunc in modum ſancita
ſunto, inviolateque obſervantor.
Rantzovii, ne quiſquam alius, hanc poſſidento,
Hæredes eam non dividunto,
Nemini libros, codices, volumina, picturas,
Ex ea auferendi, extrahendi
Aliove aſportandi,
Niſi licentia poſſeſſoris,
Facultas eſto.
Si quis ſecus fecerit;
Libros, partemve aliquam abſtulerit,
Extraxerit, clepſerit, rapſerit,
Concerpſerit, corruperit,
Dolo malo:
Illico maledictus,
Perpetuo execrabilis,
Semper deteſtabilis,
Eſto, maneto.

Lugduni.

*Miraris dorſo Cancri conſiſtere Mundum?*
*Deſine; ſic hodiè vertitur orbis iter.*

In domo Mercatorum Germanorum
Londini.

*Aurum blanditiæ pater eſt, natusq; doloris.*
*Qui caret hoc, mœret: qui tenet, hic metuit.*

Supra Auditorium Artium liberalium,
Oxoniæ.

*Grammatica.*
Literas diſce.
*Dialectica.*
Impoſturas fuge.
*Rhetorica.*
Perſuadent mores.
*Arethmetica.*
Numeris omnia conſtant.

*Muſica.*
Ne tibi diſſideas.
*Geometria.*
Cura quæ domi ſunt.
*Aſtrologia.*
Altiora te ne quæſieris.

Zu Murten.

Diß Gebein iſt der Burgundiſchen ſchar/
Im vierzehn hundert/ ſibentzig vnd ſechs jahr/

Vor Murten durch die Eidtgnoſzſchafft
Erlegt/ mit beyſtand Gottes krafft.
Vff der X. tauſend Rittern tag
Geſchahe dieſe groſſe Niderlag.

*Aventicanum Monument.* zu (Wiſtiburg.)

IMP. CÆSARI VESPASIANO

· · · · · · · · · E · · · · · · ·

· · · · S · · · · · · · · · ·

· · · · · · · S · · · · · · ·

*Ibidem.*

· · · · · · · · · · · Legato Imp. Cæſ. Nervæ Aug. Germ. Leg. XVI. Flaviæ Firmæ & Legato Imp. Nervæ Trajani Cæſar. Aug. Germanici Dacici Leg. VI. Firmæ ſodali Flaviali Prætori ærarii militaris, Legato Imp. Nervæ Trajani Cæſaris Aug. Germanici Dacici, provinciæ Lugdunenſis Conſuli, Legato Imp. Nervæ Trajani Cæſ. Aug. Germanici Dacici ad cenſus accipiendos Colonia pia Flavia conſtans emerita Aventicum Helvetiorum federata patrono.

*In Vicinia Patav. in pago Arquato*
*In Petrarchæ Fontem inſcriptio.*
Fonti nomen ineſt, hoſpes venerare liquorem,
Vnde bibens cecinit digna Petrarcha Diis.

*In foro Tiberii,* (zu Zurzach.)

· · · · · · · · · · M. F. VOLT. CERTO Danovien. Veteran. Mil. leg. XIII. geminæ · · · · · & AMIANTHUS · · · · · hæredes fecer.

*Badenæ Helvetiorum.*

Imp. Cæſari. Divi. Nervæ. F. Nervi. Trajano. Aug. Germ. Pont. Max. Trib. pot. Cos. II. pp. Deſ. III. M. P. LXXXV.

SOLODVRI.

*In Celtis nihil eſt SOLODVRO antiquius, unis*
*Exceptis Trevíris, quorum ego dicta ſoror.*
H. E.
Kein älter Platz in Gallien iſt/
Dann Solothurn in dieſer friſt/
Außgenommen Trier allein;
D'rumb nennt man ſie Schweſtern g'mein.
Dieſer Thurn gebawt war ohn gefahr/
Vor Chriſti geburt fünffthalb hundert Jahr.

*Ibid.*

Deæ Eponæ Maximæ Opiſius Reſtio Miles Legionis XXII. Antonianæ p. p. f. immunis Cos. Curator Salenſ. vico Salodoren. d. XII. Kl. Septemb. D. n. Antonino Auq. II. & Sacerdote II. ····· Cos. v. ſ. l. m.

**Zu Königsfelden/ bey der Bildtnuß Leopoldi**
Ertz Hertzogen/ ꝛc.

Diß iſt die abcontrafeytung Hertzog Lüpolts von Oeſtereich/ der zu Sempach mit dieſer ſeiner Ritterſchafft/ Adel/ vnd Rähten erſchlagen iſt worden/ auff dem ſeinen/ in dem ſeinen/ vnd vmb das ſein/ auff S. Cyrillen tag/ im XIII. hundert vnd LXXX. Jahr.

Imp. Cæſ. G. Aure. Val. Diocletian. Sar. Max. Perſ. Max. Trib. Pot. XI. Imp. Imp. Cæſ. M. Aur. Val. Maximinian. Max. Perſ. Max. Trib. Pot. X. Imp. VIIII. Cos. ··Nual. Conſtantinus. Et Gal. Val. M. Cæſs. Murum Vitodurenſem. A. S. Cur. Aurelio. Proculo. V. C. Pr.

*Conſtantiæ extat.*

*Portæ Petreæ in monte Juraſſo inſcriptio.*

NVMINI AVGVSTO
VIA FACTA PER
Q. VRSVM PATERIVM
II. VIR. COL. HELVET.

Eam Munſterus aliorum fortè relatione ſic exponit:

*Numinis Auguſti via ducta per ardua montis,*
*Feliciter petram ſcindens in margine fontis.*

*Hamburgi in Templo Cathedrali ænigma lapidi ſepulchrali inciſum:*

O Mors, Cur, Deus, Negat, vitam,
ſuper
Be, Te, Bis, Nos, Bis, Nam.

*Canon,*

Ordine da primam mediæ, mediamque ſequenti,
Debita ſic noſces fata, ſuperbe, tibi.

*Ita igitur reſolvitur.*

O ſuperbe, Mors ſuper te, cur ſuperbis? Deus ſuper nos, negat ſuperbis, vitam ſupernam.

*ROMAE IN MONTE IORDANI.*

Fundit aquam Eridanus, Phaëton ruit æthere ab alto,
Temperat iſte ſitim, temperat iſte animum.

*Neapol. in S. Maria, in aditu Cavernæ montis Pauſilipi, vulgo à piè di Grotta, Chriſtus in Cruce ad mortalem.*

Virginis intactæ partus, celſique tonantis
Unicus, ut vivas pertulit ipſe mori.

*Ibidem.*

In mundo ſpes nulla boni, ſpes nulla ſalutis,
Una ſalus, ſervire Deo, ſunt cætera fraudes.

*Aßiſii ante Hoſpitale.*

Hoſpes ades feſſusque pio ſuccede cubili,
Hoc Peliæ gentis Patria munus habet.

*In Horto quodam, Neapol,*

Exercitium eſt vitæ humanæ conſervatio: caloris naturalis lima: excitatio dormientis: naturæ virtutum corroboratio: ſuperfluitatum conſumptio: ocio inimicum: temporis lucrum: juventutis debitum: & ſenectutis gaudium. Ille ergo ſolus ab exercitio abſtineat, qui utriusque ſanitatis beneficio vult carere.

Muſæi ſui parieti inſcribebat hæc Pragâ diſcedens
FRIDERICUS WIDEBRAMUS
Naumburgenſis, exul.

*Hic ſtudiis miſcere preces lacrymasq́ue ſolebam,*
*Triſtis in exilio cùm VVIDEBRAMUS eram.*
*Solus eram, nec eram tamen illo tempore ſolus,*
*Quando ſuo mecum numine Chriſtus erat.*
*Liber ab exilii dimiſſus carcere, tandem*
*Rurſus in exilium triſte profectus eo.*
*Patria terra vale, cœleſtis patria ſalve,*
*Quælibet eſt forti patria terra. Vale.*

Bonon.

Bonon. ad Effigiem Chriſti in S. Dominico.

*Aſpice quanta fuit pietas & cura parentis*
*Humani generis, cui ſua cuncta dedit.*
*Verbera, verba tulit patienter, vulnera quinque,*
*Et tandem mortem, mors fuit ipſa crucis.*

INSCRIPTIO EMPOR. AMSTELREDAMENSIS.

*In publicum Negotiantium cujuscunque*
*Nationis ac Linguæ uſum, Urbisq; adeo*
*ſuæ ornamentum* A. cIↃ IↃ CXIII.
XVIII. *Mai. A Solo exſtrui*
*curavit.*

Quiçquid habet Ganges, & dives America quicquid,
Quas & opes mittunt Arabes, Indi, Africa, Seres,
Per Maria & terras ad publica commoda gnavus
Deſtinat huc Mercator, Iber, Schyta, Gallus & Anglus,
Cuncti adſunt, totumque tenet vacua area Mundum.

*TAURINI IN SENATU CONSPICIUNTUR.*

Non Aſtrea Polos petiit, niſi dixeris ipsos
Huc veniſſe polos: namque hæc juſtiſſima tellus.
Cuique ſuum reddit, diſcernens prœmia pœnis.

*Dialogus Philoſophi & juſtitiæ ibid.*

P. Quæ Dea? Juſtitiæ. P at cur torvo lumine ſpectas?
I. Neſcia ſum flecti nec moveor lachrymis.
P. Unde genus? I. Cœlo. P. Qui te genuere Parentes?
I. Mi modus eſt genitor, clara fides genetrix.
P. Aurium aperta tibi cur eſt altera, & altera clauſa eſt?
I. Una patet juſtis, altera ſurda malis.
P. Cur gladium tua dextra gerit? cur læva bilancem?
I. Ponderat hæc cauſas percutit illa reos.
P. Cur ſola incedis? Quia copia rara bonorum eſt.
Hæc referunt paucos ſæcula Fabricios.
P. Paupere cur cultu? I. Semper juſtiſſimus eſſe
Qui cupit, immenſas nemo parabit opes.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Inſcriptio Marmori Quadrato, in via quæ ad Veſuvium ducit, inciſa.*

Poſteri, Poſteri !
Veſtra res agitur,
dies facem Præfert diei nudius perendino,
advertite !
Vicies ab ortu ſolis, ni fabulatur Hiſtoria
arſit Væſuvus,
Immani ſemper clade hæſitantium:
ne poſthac incertos occupet, moneo.
Vterum gerit mons hic
Bitumine, Alumine, ferro, Sulphure, Auro, Argento,
Nitro, aquarum fontibus, gravem,
Serius, Ocyus igneſcet, pelagoque influente pariet,
Sed ante parturit.
Concutitur, concutitque ſolum,
fumigat, corruſcat, flammigat,
quatit aerem ;
Horrendum immugit, boat, tonat, arcet finibus accolas,
emica dum licet:
jam jam enititur, erumpit, mixtum igne la-
cum evomit,
Præcipiti ruit ille lapſu ſeramque fugam præ-
vertit,
Si corripit, actum eſt per juncti,
Anno Sal. M. DC. XXXI.
XVI. Cal. Ian.
Philippo IV. Rege,
Emmanuele Fonſeca & Zunica comite montis Regii
Prorege:
Repetita ſuperiorum temporum calamitate,
Subſidus calamitatis,
humanius quo munificentius;
Formidatus ſervavit, ſpretus oppreſſit incautos
& avidos
quibus Lar & Suppellex vita potior.
Tùm tu ſi ſapis, audi clamantem lapidem,
Sperne larem, ſperne ſarcinulas, morâ nulla fuge.
Antonio Suarez Meſſia Marchione
vice Præfect. viarum.

FINIS EXOT. MONVMENT. ET INSCRIPTIONVM.

Opere perfecto demum, ſequentia ad me tranſmiſſa fuêre, quæ in honorem Illuſtriſs. à ſexcentis jam annis florentiſs. Equeſt. Ordin. orbeque celebratiſs. famil. SALICEÆ adjicere, & quamvis loco debito carere ac in calce cubare cogantur, nullatenus omittere debui.

An. 1626. 31. & 38. **Zizers.**

Hier ligen begraben die Kinder Herren RVDOLFFEN von SALIS/ Ritter des Ordens St. Iago, alten Landvogts der Herrſchafft Meyenfeld/ vnd dieſer zeit Landamman der 4. Dörfferen/ welche Er bey ſeiner lieben Hausfrawen/ Frawen *HORTENSIA* von SALIS erzeuget.

CATHARINA/ ſtarb den 19. Junii des 1626. Jahrs/ als ſie 9. Jahr vnd 7. Monat alt war.

HERCVLES/ iſt an der Peſt verſcheiden/ Anno 1631. den 6. Julii/ ſeines alters 15. Jahr 9. vnd ein halben Monat.

ANTHONIVS/ welchen auch die Peſt hinweg gerafft den 6. Julii im 1631. Jahr/ vnd hatte ſeines alters 9. Jahr/ 8. vnd einen halben Monat.

JOAN-HERCVLES/ verſchied den 16. Jenner des 1638. Jahrs/ ſeines alters 4. Jahr vnd 9. Monat.

An. 1646. **Zizers an der Kirchen.**

Hier ligt begraben die Wol-Edelgeborene vnd Tugendreiche Fraw/ Fraw *HORTENSIA* von SALIS/ weiland Herren Cavallier HERCVLIS von SALIS Eheliche Tochter/ vnd Herren Cavallier RVDOLFF von SALIS Ehegemahlin. Starb An. 1646. den 10. Julii/ jhres alters 50. Jahr.

An. 1658. **Igis in der Kirchen.**

CHRISTUS SPES UNICA MIHI.

Allhie ruhet ſeliglich in Gott die Wol-Edelgeborene vnd Tugend-erhabene Fraw/ Fraw *VIOLANTHE* von SALIS/ Ihr Gnaden/ Herren Feld-Marſchalck von SALIS Eheliche Gemahlin. Starb den 8. May 1658. Jhres alters 66. Jahr/ 3. Monat.

Hier ligt auch das Hertz jhres geliebten Sohns/ Herren Hauptman IOH. BAPTISTÆ von SALIS/ Ein Cron der Ritterſchafft/ ſo in einem Ausfahl vor Mardick in Flandren Anno 1646. geblieben/ ſeines alters im 26. Jahr. Sein Leichnam ruhet zu Chalanton bey Paris; GOtt der Herr verleihe Jhnen ein fröliche Aufferſtehung.

Tegit hic tumulus duo corda, quæ unum fuere
terram linquentes, in cœlo unum manent.

An. 1659.

*Solii in Pregallia.*

C. S.
Verè Nobili, Caſtiſs. dulciſsimæque
Conjugi
HORTENSIÆ à SALICIBUS
Quinque menſ. cum novendecim dieb.
Fortunati amplexuum Conjugii
Sociæ,
Præmaturo eheu fato Morbenii
Ex ulnis meis ereptæ,
Inde huc Solium traductæ,
In hocce, donec læta reſurgat,
reſervata tumulo,
HARTMANNUS PLANTA de WILDENBERG
Solatio ſuo corculoque orbatus,
hocce
Æterni luctus monumentum
C. L. P.
B. Ann. XIX. Menſ. X.
Θ. XXIII. Martii. M. DC. LIX.

## Errata ſic corrigantur.

Fol.6.l.2. vivus. fol.7.l.36. Præceptor. fol.12.l.11. externis. fol.19.l.18. conjunge. fol.22. l.14. Nominis. fol.30.l.36. humanitas. fol.31.l.19. cujus. fol.33.l.1. appone, *Ibidem.* fol.36.l.23. Æpini. fol.40.l.18. Regis. ſol.41.l.11. Acceu &c. fol.44.l.14. Zachynto. ſol.45.l.25. volat. fol.47.l.33. Hetruria. l.34. duce. fol.49.l.26. tecum. fol.51.l.21. cujus. fol.51.l.ult. incomparabili. fol.52.l.29. Vicentinus. fol.53.l.1. Nobilitati. fol.54.l.5. M. D. XXCII. fol.58. *dele* Epit. Carol. V. fol.70.l.13. fidei. fol.72.l.6. optimè. fol.83.l.2. Groningæ. fol.87.l.18. *dele* Malanſii. fol.90.l.6 Lud.XIV. fol.92. l.25. tertiò. fol.106.l.4. teſtante. fol.109.l.33. hominis. fol.111.l.6. atque. fol.112. l.8. addictum fore. fol.113 l.4. argenti. fol.119.l.5. decumanam, fol.121.l.29. tranſlatas. fol.128.l.19. aërem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX EXOTICORUM MONUM. ET INSCRIPTIONUM.


A.

ÆMilius, Paulus 26
Æpinus, Iohannes 36
Agricola, Rodolphus 18
Agrippa, Cornelius 27
Aleander, Hieronymus 30
Alciatus, Andreas 34
Aligerius, Dantes 12
Alphonſus Rex Arrag. 15
Amſtelod. Emporium 127
Antverp. horti cujusd. Inſcr. 118
Portæ regiæ 120
Aquinas, Thomas 11
Aquisgranenſ. Colum. Inſc. 119
Aretinus, Leonhardus 15
Agentinenſe Templ. S. 117
Arioſto, Ludovic. 49
Aſſiſienſ. hoſpitale 126
Aventican. monument. 124
Aventinus, Iohannes 27
Auguſtan. horolog. 119
Aureliæ Globi ſolar. egregia Inſcript. 114
Aurifaber, Iohannes. 61

B.

de Baden Marchio 99
Badena Helvetiorum 124
Baldus, Franciſcus 13
Balduinus 49
Barbaroſſa, Fridericus 10
Bartolus 12
Baudiſius, Andreas 76
Beauharnois, Maria 64
Becanus, Ioh. Goropius 48
Belli à Bellfort, Lucius 81
Conradinus 87
Benedictus Papa 12
Berberini Thadæi Col. 110
Bernenſis campana magna 117
de Berchem Waltherus 19
Bergom. Templ. Franc. Inſcrip. 114
Bertrandus, Antonius 16
Beſſario, Epiſc. Tuſcul. 16
Beuterus, Michaël Philip. 78
Beutrichius, Petrus 59
Betulius, Xyſtus 37
Beza, Theodorus 71
Bias 4
Boccatius, Iohannes 13
de Bois, Margaretha 40
Bonarotius, Mich Angel. 47
Bononienſ. Inſcr. 113. 118. 127
Bordingus, Iacobus 42
Borillii Muſæi Inſcr. 105
Boromæus, Carolus 54
de Brandis, Iohannes 21
Bremenſ. portæ Inſcr. 116
Briſacenſis arcis Inſcr. 117
Brixiæ in Palat. Capitan. 111
Brüggerus, Andreas 92
Bucerus 34
Bucholzerus, Abrahamus 54
Bukingamius Dux 97
Bugenhagius, Iohannes 41
Budiſſinæ ſcholæ Inſcr. 115
Bullingerus, Henricus 50
Burcarda, Catharina 56
Buslinianus, Hieronymus 22

C.

Cæſarinus, Virginius 98
Calvinus, Iohannes 44
Camerarius, Ioachimus 50
Filius 65
Candidus, Pantaleon 73
Canterus, Lambertus 37
Guilielmus 50
Capitol. Rom. Inſcript. Colum. 109
Caracciolus, Georgius 22
Carolus Magnus 9
Burgundicus 16. 7
V. Imperat. 40
Carus, Annibal 45
Caſtriotus, Conſtantinus 20
Catharina .... 39
Chemnitius, Martinus 56
Chriſti Vaticinium 9
Epitaphium. 7
Chryſolora, Manuel. 14
Cicero, Marc. Tullius 6
Circler, Laurentius 66
Ciſnerus, Nicolaus 54
Citharœdi cujusdam 101
Claricinus Bartholom. 98
Claudianus, Claudius 8
Cokainus, Guilielmus 99
Colignius, Caſpar 48. & 112
Conſtantius 103
Conſtantienſ. Inſc. quæd. 125
Coveta, Maria 57
Conradus II. Imp. 9
Conſtantinus 31
Conſtantina, Aug. 8
Cordus, Valerius 31
Corvinus Matthias 19
à Coſta, Chriſtophorus 102
Cranz, Albertus 22
Cracovienſ. Ian. Reg. Inſc. 108
Crato à Crafftheim Ioh. 55
Cremenſis fori Inſcr. 111
Criſpis, Ælia Lælia 101
Cruciger, Caſpar 34
Cruſius, Martinus 72
Curæus, Ioachimus 49
Curtius, Ioachimus 20
Cyrus, Rex Perſiæ 4

D.

Dantes, Aligerius 12
Dantiſcan. ſchol. Inſcr. 117
Demoſthenes 4
Diesbach, Catharina 77
Dodonæus, Rembertus 55

Dorpius, Martinus 24
Douvglaſia, Margaretha 51
Draconides, Iohannes 45
Duns, Iohannis 102
Durerus, Albertus 24
Duſia, Sicilia 92

E.

Eberhardus, Wittemb. Dux 19
Eberus 46
Eduardus I. Rex Angl. 11
Eliſabetha Regina Angl. 20
Emmius, Vbbo 83
Ennius Poëta 5
ab Erlach, Ioh. Ludovic. 90
Erpenius, Thomas 82
Euripides 4

F.

Fabricius, Petrus-Andr. 47
 Georgius 47
Faventiæ ante hoſpit. Inſcr. 114
Ferdinandus R. Rom. 44
Fernelius, Iohannes 40
Ferrariens. Templi Inſc. 112
Ficinus, Marſilius 100
Finckelthuſianæ ædes 116
Flavius, Blondus 12
Flinsbachius, Cunmannus 48
Florent. Palat. Sacelli Inſcr. 106
Foſſa, Iohannes 103
Franciſcus Dux Brunſwic. 68
Friburg Inſcript. 117
Friſius, Gemma 38
Fronsbergius. Georg. 25
Fugger, Iacobus 24

G.

Gandenſ. damport. Inſc. 121
Gaſſarus, Achil. Pirmin. 51
Geilerus, Iohann. 21
Genevenſ. Curiæ Inſcr. 108
Genuenſ. Inſc. quædam 113
Geſnerus, Conrad. 45
Glaſerus, Caſparus 33
Glareanus, Henricus 43
Goclenius, Conradus 29
Gordianus, Imperat. 8
Gigas, Iohannes 53
Grebel, Ioh. Iacobus 93
 Ioh. Henric. 95
Grunthlerus, Andreas 39
à Grünrad, Otto 75
Grynæus, Thomas 44
Gualterus, Rodolph. 56
de Guevarra, Anton. 29
Gugelberg à Moôs. Ianus Lucius 77
 Rudolphus 81
 Ioh. Lucius 85
 Ludovicus 88. Eliſab. 92
 Ioh. Anton. 92
Guicciardinus, Ludov. 60
Guilielm. Lud. Naſſov. 79
Gulerus à Weineck, Iohann. 85
 Ioh. Petr. 93
 Iohann. 94
Guſtavus Adolph. Rex Suec. 84

H.

Hamburg. Inſcript. quæd. 116. 125
Hannibal Carthagin. 5
de Hartmannis, Anna 85
Hartungus, Iohann. 52
Heidelberg. Audit. Th. 118
Helmius, Lambertus 61
Hemmingius, Nicol. 68
Heinskirch, Iacobus 72
Henric. IV. Rex. Gall. 74
Henric. II. Rex Angl. 10
 V. Rex Angliæ 14
 VII. Rex Angl. 18
Henric. Lucemburgenſ. 11
Henric Rohanii Dux 86
Henrici V. clades 114
Hentius Rex Sardin. 10
Hieronym. Tragos 37
Homerus 3
Huttenus, Vlricus 23
Hyperius, Andreas 44

I.

Ianſenius, Cornelius 100
Ieſu Chriſti Epitaph. 7
Ingelſtetter, Iohannes 78
Iohannes Frideric. Martyr 38
Iordani mons Romæ 126
Iovius Paulus 36
Iunius, Adrianus 50
Iuraſſus mons 125
Iuſtus, Ionas 38
à Iuvaltis Fort. 93

K.

à Kerchoven, Polyander 87
Konigsfeldæ Cœnobium 125

L.

Lachman/Caſpar 93
Ladislaus, Rex Vngar. 15
Leonides, Spartan. 4
Linacrus, Thomas 38
Lingelsheimius, Frider. 78
Lipſius, Iuſtus 71
Lipſiani horti Inſcr. 122
Livius Titus 7
Lobwaſſer, Ambroſius 56
Lombardus, Petrus 10
Londin. Cathed. quâ reges coronantur, Inſcr. 107
 Domus Mercator. 123
Longolius, Chriſtoph. 23
Loſſius, Lucas 53
Lotharius II. Imp. 9
Lucanus Poëta 8
Lugdun. Gall. Aula Archiepiſc. Inſcr. 112. 123
Lutherus, Martinus 32

M.

Mantuan. fori Inſc. 111
 horti ducalis 112
Marcellus, Iohannes 35
Margaritha, Com. Heneb. 11
Maria Angliæ Regina 99
Maria, Duciſſ. Burgund. 17

# INDEX.


Marmoris eruti Rom. Inſcr. 110
Martyr, Petrus 42
Marullus, Manilius 20
Maſſilienſ. Portæ Regiæ Inſcript. 106
Mattheſius, Iohannes 45
Maynus, Iaſon. 19
Medicea Bibliotheca 117
Medices Coſmus 49
Mediol. Prætorii Inſcr. 107
  Scholæ ibid. 115
Melanthon, Philippus 43
Meyerus, Georgius 85
Miſichius Iacobus 42
Mirandula, Iohannes 19
Monavius, Petrus 58
  Iacobus 70
Monavian. Muſæi Inſcript. 116
Montia, Hippolita 96
Monum. erutum circa Lugd. Batt. 111
Morata, Olympia 21
Morus, Thomas 27
Moſella, Petrus 23
Murtenſis Inſcript. 123
Muſculus 37
Muſurus, Marcus 22
Mycillus 40
Myconius, Fridericus 33

N.

Navis Inſcriptio 118
Nævius, Poeta 5
  Iohannes 49
Nannius, Petrus 39
Narbon. Archiepiſcop. aulæ Inſcriptio 15
Naſſovius, Com. Guil. Lud. 79
Neap. Aulæ Magnæ Inſc. 106
  montis Pauſilipi 126
  horti Cujuſdam 126
Nigrita, Antonius 84

O.

Obeliſci in area Vatic. Rom. Inſcript. 111
Olevianus, Caſparus 57
Ortelius, Abrahamus 66
Otto, Imperator 9
Ovenus, Iohannes 103
Ovidius, Naſo 6
Oxonienſ. Schola 123

P.

Panhormita, Anton. 15
Pantheon Romæ 105
Parmenſis Bibliotheca 114
Papinianus, Æmilius Paulus 6
Pariſ. Palat. Parlam. Inſcript. 107
Patav. Curiæ Inſcr. 107
  horti medici 119
Paulus V. Pont. Max. 80
Peſtalozius Paulus 87
Petrarcha, Franciſcus 12
  Fons ipſius 124
Peutingerus, Conradus 33
Pfeiferianæ ædes 119
Philippus Hiſp. Rex 22
  II. 65
Vander Piet, Iſabella 73
Pirckheimerus, Bilibald. 26
Piſis Inſcr. quædam 1;3
Piſtorius, Simon 43
Pitiſcus, Bartholom. 75
Placentiæ Inſcr. 113. & 117
Plantinus, Chriſtophor. 60
à Planta, Hartmannus 81
  Conradin. 86. Anna M. 87
à Planta von Wildenberg/ Iohann. 83. Wielanda 88
Platina 18
Plautus 5
Plinius, Cajus 8
Plumbeæ Maſſæ Inſcript. 110
Poggius, Franciſcus 14
Polantus, Vitus 48
Politianus, Angelus 21
Pomponatus, Petrus 20
Pompejus Magnus 6
Pontanus, Ioh. Iovian. 20
à Porta, Ioh. Benſius & Ioh. Henric. 84
Poſthius, Iohann. 64
Probus, Imperator 8

R.

Ranzovius, Iohann. 45
  Henricus 101
  Arx illius 121. Seminarium ibid. decretum de Bibliotheca ſua 123
Raſchera, Dominica & Catharina 102
Ravenn. quædam Inſcript. 112. 115
Reginaldus, Guilielm. 62
Rhenanus, Beatus 30
Remus, Salomon 44
Reuchlinus, Iohann. 23
Reuterus, Quirinus 74
Richardus, Rex Angl. 13
Richelii Card. ædium Inſcr. 104
Rivius, Iohannes 37
Rohanii, Dux Henric. 86
  Tancredus 89
Ronſardus, Petrus 103
Rovelaſca, Caſparus 66
Rulandus, Martinus 69
de Sacroboſco, Iohannes 10
Sadael, Anthonius 61
de Salis Baptiſta 64
  Andreas 68
  Hercules 79
  Rudolphus 82
  Baptiſta 83
  Regina 89
  Gubertus & Dorothea 94
  Margaretha 95
Sanazarus, Actius 26
Saracenus, Ianus Anton. 65
Sarcerius, Eraſmus 41
Sardanapalus 3
Savonarola, Hieronymus 13
Scaliger Iulius Cæſar 41




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX.


Ioſ. Iuſtus 102
Schenckius, Franciſcus 20
Schverziana Biblioth 120
Schurfius Thomas 69
Scipio Africanus 5
Scoti Ioh. Duns 102
à Sein Georgius 58
Semiramis 3
Senæ ad D. Mariæ Inſcr. 113
Seneca 7
Sennacherib 3
Sicionius, Aratus 4
da Siena, Domenico 96
Smetius Henricus 76
Sohnius Georgius 60
Solodurum Helvetiorũ 124
Solon 3
Spartani 4
Sprecherus à Berneck, Fortunatus 88
Staal/ Ioh. Iac. 76
Stadius, Iohannes 52
Steinius Iohannes 51
Stephanus M. Pol. Rex 57
Stigelius 42
Stolon, Henricus 39
Stöfflerus 26
Strigelius, Victorinus 47
Sturmius, Iacobus 42
Stuckius Ianus Guil. 72
Ioh. Rodolphus 95
Surita, Hieronymus 52
Svebelius, Ianus 29
Sveblin, Iohannes 31
Sylburgius, Fridricus 63
Szegedinus, Stephanus 48

T.

Tancredus Rohanii Dux 89
Taſſus, Torquatus 63
Taurinenſis Curia 127
Telamont. Curiæ Inſcr. 109
Theophraſtus, Philippus 30
Thuanus, Chriſtoph. 53
Tiberii forum 124
Tliſcus, Carolus 10
Toſſanus, Daniel 70
Trapezuntius, Georg. 18
Traverſius, Ioh. Anton. 92
Trompius, Martinus Harperti 91
Truckseſſia Anna 49
Turrianus Marc. Anton. 100

V.

Vacherius, Iul. Cæſar 109
Vadianus, Ioachimus 35
Valerius Maximus 7
Cornelius 51
Valeria, Secca 110
Valla, Laurentius 15
Velſer, Marcus 75
Venet. Pal. Conſil. Inſcr. 106
Armamentar. 112
Veronenſ. Palatii Inſcr. 113
Veſalius, Andreas 44
Veſuvius mons 128
Vhorburg, Georgius 21
Ioh. Conradus 55
Siveridus 34
Iohanna 46
Marcus 46
Hans Chriſtoff 61
Anna Margaretha 62
Adelheid & Chriſchon. 73
Viennæ Portæ Inſcript. 107
Virgilius, Maro 6
Vitus, Theodorus 24
Vltrajectenſ. columna 121
Vratislaviens. Turris Inſcr. 114
Vrſinus Zacharias 54
Muſæum ejus 118
ex Vtenheim Chriſtoph 25
Vtenhovius Carolus 67

W.

Welſerus, Marcus 75
Weſenbecius, Matthæus 56
à Weſenbecke, Petrus 43
Weſſelius 18
Widebramus, Fridricus 55
ipſius vale 126
Wierius, Iohannes 59
Wigandus 57
Willaci ad D. Iacobum 116
Willichius Iodocus 35
Wimphelingus, Iacobus 25
Witekindus Hermannus 61
Wittakerus 62
de Woodſtocke, Thom. 13
Woodſtockens. arcis Inſcr. 108
Wolphius, Hieronymus 53

Z.

Zabarella, Franciſcus 13
Zanchius, Hieronymus 61
Zaſius, Huldricus 27
Zellius, Matthias 33
Zincgrefius, Laurentius 74
Zvinglius 27
Zyſca, Iohannes 14.


FINIS.